511/6



L'OFFICE
DE LA
SEMAINE SAINTE,
EN LATIN ET EN FRANÇOIS.
A L'USAGE DE ROME
ET DE PARIS,

SUIVANT LE NOUVEAU BREVIAIRE;

Les ſept Pſeaumes de la Penitence, les Litanies des Saints, & les Prieres pour la Confeſſion & Communion, tirées de l'Ecriture-Sainte.

NOUVELLE EDITION.

A PARIS,

Chez GISSEY, ruë de la vieille Bouclerie, à l'Arbre de Jeſſé.

M. DCC. XLIII.

AVEC PRIVILEGE DU ROI.

LA SAINTE MESSE.

Le Prêtre étant au pied de l'Autel, fait le ſigne de la Croix, & dit :

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti. Amen.

INtroibo ad altare Dei.

℟. Ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Judica me, Deus & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta : ab homine iniquo & doloſo erue me.

℟. Quia tu es, Deus, fortitudo mea: quare me repuliſti ? & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus ?

Emitte lucem tuam & veritatem tuam ; ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montẽ ſanctum tuũ, & in tabernacula tua.

Au nom du Pere, & du Fils, & du Saint-Eſprit. Ainſi ſoit-il.

JE m'approcherai de l'Autel de Dieu.

℟. Du Dieu qui remplit ma jeuneſſe d'une ſainte joie.

Jugez-moi, Seigneur, & ſéparez ma cauſe d'avec celle de la nation qui n'eſt pas ſainte ; délivrez-moi de l'homme injuſte & trompeur.

℟. Parce que c'eſt vous, mon Dieu, qui êtes ma force : Pourquoi m'avez-vous repouſſé, & pourquoi marchai-je avec un viſage triſte, lorſque mon ennemi m'afflige ?

Faites luire votre lumiére & votre vérité, ce ſont elles qui m'ont conduit & introduit ſur votre montagne ſainte & dans vos tabernacles.

Et je m'approcherai de l'Autel de Dieu, du Dieu qui remplit ma jeuneſſe d'une ſainte joie.

℟. Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Je chanterai vos louanges ſur la harpe, ô mon Seigneur, & mon Dieu; mon ame, pourquoi êtes-vous triſte, & pourquoi me troublez-vous?

Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Eſperez en Dieu, car je lui rendrai encore des actions de grace; il eſt le ſalut & la joie de mon viſage il eſt mon Dieu.

℟. Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultûs mei, & Deus meus.

Gloire ſoit au Pere, & au Fils, & au Saint-Eſprit.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

A préſent & toûjours, comme dès le commencement & dans tous les ſiécles des ſiécles. Ainſi ſoit-il.

℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Le Prêtre dit le Confiteor; *& on répond:*

QUe Dieu tout-puiſſant vous faſſe miſéricorde, & qu'après vous avoir pardonné vos péchés, il vous conduiſe à la vie éternelle.

Miſereatur tui ômnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam.

JE me confeſſe à Dieu tout-puiſſant, à la bienheureuſe Marie toûjours Vierge, à S. Michel Archange, à ſaint Jean-Baptiſte, aux Apôtres ſaint Pierre & ſaint Paul, à tous les Saints, & à vous, mon

COnfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ ſemper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptiſtæ, ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo,

omnibus Sanctis, & tibi Pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere : meâ culpâ, meâ culpâ, meâ maximâ culpâ. Ideò precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaëlem, Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Paulum omnes Sanctos, & te, Pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrũ.

Pere, que j'ai beaucoup péché par pensées, par paroles, & par actions ; je m'en sens coupable, je m'en avoue coupable, je m'en reconnois très-coupable : C'est pourquoi je supplie la bienheureuse Marie toûjours Vierge, saint Michel Archange, saint Jean-Baptiste, les Apôtres saint Pierre & saint Paul, & tous les Saints, & vous, mon Pere, de prier pour moi le Seigneur notre Dieu.

Le Prêtre prie pour les Assistans, & pour lui-même.

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam.

℟. Amen.

Que le Dieu tout-puissant vous fasse miséricorde, & que vous ayant pardonné vos péchés, il vous conduise à la vie éternelle.

℟. Ainsi soit-il.

Indulgentiam, absolutionem & remissionem peccatorum nostrorũ tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus.

℟. Amen.

Que le Seigneur tout-puissant & miséricordieux nous accorde le pardon, l'absolution & la remission de nos péchés.

Ainsi soit-il.

Deus tu conversus vivificabis nos.

℟. Et plebs tua lætabitur in te.

O Dieu, vous vous tournerez vers nous, & vous nous donnerez la vie.

℟. Et votre peuple se réjouira en vous.

Ostende nobis Do-

Montrez-nous, Seigneur,

votre miſéricorde.

℟. Et donnez-nous votre ſalut.

Seigneur, écoutez ma priere.

℟. Et que mes cris s'élevẽt juſqu'à vous.

Que le Seigneur ſoit avec vous.

℟. Et avec votre eſprit.

mine, miſericordiam tuam.

℟. Et ſalutare tuum da nobis.

Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Le Prêtre montant à l'Autel, dit :

Effacez, s'il vous plaît, ô Seigneur, nos péchés, afin que nous puiſſions entrer en votre Sanctuaire avec un cœur pur. Par Jeſus-Chriſt Notre-Seigneur.

Ainſi ſoit-il.

Aufer à nobis quæſumus Domine, iniquitates noſtras : ut ad ſancta Sanctorum puris mereamur mẽtibus introire. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Le Prêtre baiſant l'Autel, dit :

Nous vous prions, Seigneur, par les mérites de vos Saints, dont les Reliques ſont ici, & de tous les autres bienheureux, qu'il vous plaiſe me pardonner tous mes péchés.

Ainſi ſoit-il.

Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hîc ſunt, & omnium Sanctorum, ut indulgere digneris omnia peccata mea.

Amen.

Après l'Introït, le Prêtre & les Aſſiſtans diſent trois fois alternativement :

Seigneur, ayez pitié de nous.

Kyrie eleiſon.

Chriſt, ayez pitié de nous.

Chriſte eleiſon.

Le Prêtre étant au milieu de l'Autel, dit :

GLoria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, Benedicimus te, Adoramus te, Glorificamus te, Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam : Domine Deus Rex cœlestis, Deus Pater omnipotens : Domine Fili unigenite Jesu Christe : Dñe Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus, Tu solus Dominus, Tu solus Altissimus, Jesu Christe, cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

GLoire à Dieu dans le Ciel, & paix sur la terre aux hommes de bonne volonté. Nous vous louons, nous vous bénissons, nous vous adorons, nous vous glorifions, nous vous rendons graces dans la vûe de votre gloire infinie ; ô Seigneur Dieu, Roi du Ciel, ô Dieu Pere tout-puissant, ô Seigneur Fils unique de Dieu, Jesus Christ : ô Seigneur Dieu, Agneau de Dieu, fils du Pere : O vous qui effacez les péchés du monde, ayez pitié de nous : O vous qui effacez les péchés du monde, recevez notre priere : O vous, qui êtes assis à la droite du Pere, ayez pitié de nous : car vous, ô Jesus-Christ, êtes le seul Saint, le seul Seigneur, le seul Très-haut, avec le Saint-Esprit, en la gloire de Dieu le Pere. Ainsi soit-il.

Ensuite on dit la Collecte, l'Epître & le Graduel.

vant l'Evangile, le Prêtre dit :

MUnda cor meũ ac labia mea, omnipotens Deus,

PUrifiez mon cœur & mes lévres, ô Dieu Tout-puissant, qui avez

purifié les lévres du Prophête Isaïe avec un charbon ardent : & qu'il vous plaise me purifier de telle sorte que je puisse annoncer dignement votre saint Evangile. Par Notre-Sei- Jesus-Christ.

qui labia Isaïæ Prophetæ calculo mundasti ignito : ita me tuâ gratâ miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum dignè valeam nuntiare. Per.

Le Diacre demande la bénédiction du Prêtre, en disant :

Béniſſez-moi, mon Pere.

Que le Seigneur soit dans mon cœur, & sur mes lévres, afin que j'annonce dignement son saint Evangile. Ainsi soit-il.

Jube, domne, benedicere.

Dominus sit in corde meo & in labiis meis ; ut dignè & competenter annuntiẽ Evangeliũ suum. Amen.

Le Prêtre avant que de lire l'Evan. dit :

℣. Que le Seigneur soit avec vous.

℟. Et avec votre esprit.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Commencement *ou* suite du saint Evangile selon saint N.

Initium, *vel* sequentia sancti Evangelii secundùm N.

Gloire vous soit rendue, ô Seigneur.

Gloria tibi, Domine.

A la fin de l'Evangile, on repond :

Louange à vous, ô Jesus-Christ.

℟. Laus tibi, Christe.

En baisant l'Evangile, le Prêtre dit :

Que nos péchés soient effacés par les paroles du saint Evangile.

Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta.

JE croi en un Dieu, Pere tout-puissant, qui a fait

CRedo in unum Deũ, Patrẽ om-

nipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium.

Et in unum Dominum Jesum Christũ Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum consubstantialem Patri, per quẽ omnia facta sunt.

Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine: ET HOMO FACTUS EST. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, & sepultus est. Et resurrexit tertiâ die secundùm Scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos. Cujus regni non erit finis.

le Ciel & la terre, & toutes les choses visibles & invisibles.

Et en un seul Jesus-Christ Fils unique de Dieu, & né du Pere devant tous les siécles, Dieu de Dieu, lumiere de lumiere, vrai Dieu du vrai Dieu: Qui n'a pas été fait, mais engendré, Qui n'a qu'une même substance que le Pere, & par qui toutes choses ont été faites.

Qui est descendu des Cieux pour nous, hommes misérables, & pour notre salut; & ayant pris chair de la Vierge Marie, par l'opération du Saint-Esprit; A E'TE' FAIT HOMME. Qui a été aussi crucifié pour nous. Qui a souffert sous Ponce Pilate. Qui a été enseveli & mis dans le tombeau. Qui est ressuscité le troisiéme jour, selon les Ecritures. Qui est monté au Ciel, qui est assis à la droite du Pere. Qui viendra de nouveau plein de gloire, pour juger les vivans & les morts; & dont le regne n'aura point de fin.

Je croi au Saint-Eſprit qui eſt auſſi Seigneur, & qui donne la vie, qui procede du Pere & du Fils, qui eſt adoré & glorifié conjointement avec le Pere & le Fils, qui a parlé par les Prophêtes.

Et in Spiritum ſanctum Dominum, & vivificantem. Qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur. Qui locutus eſt per Prophetas.

Je croi l'Egliſe qui eſt une, Sainte, Catholique & Apoſtolique. Je confeſſe un Baptême pour la rémiſſion des péchés. Et j'attends la réſurrection des morts. Et la vie du ſiécle à venir. Ainſi ſoit-il.

Et unam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unũ baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amẽ.

Oblation de l'Hoſtie.

REcevez, ô Pere ſaint, Dieu éternel & tout-puiſſant, cette Hoſtie ſans tache que j'offre, moi qui ſuis votre ſerviteur indigne, à vous, qui êtes mon Dieu, vivant & véritable, pour mes péchés, mes offenſes & mes négligences qui ſont ſans nombre, pour tous les aſſiſtans & pour tous les Fidéles Chrétiens vivans & morts, afin qu'elle profite à eux & à moi pour le ſalut & la vie éternelle. Ainſi ſoit-il.

SUſcipe ſancte Pater, omnipotẽs æterne Deus, hanc immaculatam hoſtiam quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo & vero pro innumerabilibus peccatis, & offenſionibus, & negligentiis meis, & pro omnibus circumſtantibus, ſed & pro omnibus fidelibus Chriſtianis, vivis atque defunctis: ut

mihi & illis proficiat ad ſalutem in vitam æternam. Amen.

Le Prêtre met le vin & l'eau dans le Calice.

Deus qui humanæ ſubſtantiæ dignitatem mirabiliter condidiſti, & mirabiliùs reformaſti : da nobis per hujus aquæ & vini myſterium ejus divinitatis eſſe conſortes, qui humanitatis noſtræ fieri dignatus eſt particeps, Jeſus Chriſtus Filius tuus, Dominus noſter : Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

O Dieu, qui par un effet admirable de votre puiſſance, avez créé la nature humaine dans un haut état, & qui l'avez rétablie par une plus grande merveille : faites-nous la grace par le myſtére de cette eau & de ce vin, d'avoir part un jour à la divinité de celui qui a daigné ſe faire participant de notre humanité, Jeſus-Chriſt, votre Fils, Notre-Seigneur, qui étant Dieu vit & regne avec vous en l'unité du Saint-Eſprit, par tous les ſiécles des ſiécles. Ainſi ſoit-il.

Oblation du Calice.

OFferimus tibi, Dñe, Calicē ſalutaris, tuam deprecantes clementiam ; ut in conſpectu divinæ Majeſtatis tuæ pro noſtra & totius mundi ſalute, cum odore ſuavitatis aſcendat. Amen.

SEigneur, nous vous offrons le Calice du ſalut, ſuppliant votre clémence de le faire monter devant votre divine Majeſté ; en ſorte qu'il ſoit comme un doux parfum pour notre ſalut, & celui de tout le monde. Ainſi ſoit-il.

NOus nous préſentons devant vous, Seigneur, avec un eſprit humilié & un cœur contrit ; recevez-nous, & faites que notre ſacrifice s'accompliſſe aujourd'hui devant vous, d'une maniere qui vous le rende agréable, ô Seigneur notre Dieu.

VEnez ſanctificateur tout-puiſſant, Dieu éternel ; & béniſſez ce ſacrifice préparé pour la gloire de votre ſaint Nom.

IN ſpiritu humilitatis, & in animo contrito ſuſcipiamur à tē, Domine : & ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodiē, ut placeat tibi, Domine Deus.

VEni, Sanctificator omnipotens, æterne Deus ; & benedic hoc ſacrificium tuo ſancto nomini præparatum.

Le Prêtre lave ſes doigts.

JE laverai mes mains avec les Juſtes, & je m'approcherai, Seigneur, de votre Autel, afin d'entendre publier vos louanges, & de raçonter toutes vos merveilles. Seigneur, j'ai aimé la beauté de votre maiſon, & le lieu où réſide votre gloire. O Dieu, ne perdez pas mon ame avec les impies, & ma vie avec les hommes de ſang, qui ont des mains remplies d'injuſtices & la droite pleine de préſens. Pour moi j'ai marché dans l'innocence ; délivrez moi & ayez pitié de moi ; mon pied eſt demeuré ferme dans la droite voye;

LAvabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum, Domine; ut audiam vocem laudis, & enarrem univerſa mirabilia tua, Domine, dilexi decorem domûs tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates ſunt : dextera eorū repleta eſt muneribus. Ego autem

in innocentia mea ingreſſus ſum : redime me, & miſerere mei. Pes meus ſtetit in directo : in eccleſiis benedicam te, Domine. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto : Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

je vous bénirai, Seigneur, dans les aſſemblées. Gloire ſoit au Pere, au Fils, & au Saint-Eſprit: à préſent & toûjours, comme dès le commencement, & dans tous les ſiécles des ſiécles. Ainſi ſoit-il.

Le Prêtre s'incline, & dit :

SUſcipe, ſancta Trinitas, hanc oblationem quam tibi offerimus ob memoriam Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Jeſu Chriſti Domini noſtri & in honorem beatæ Mariæ ſemper virginis, & beati Joannis Baptiſtæ, & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & iſtorum, & omnium Sanctorum : ut illis proficiat ad honorē, nobis autem ad ſalutem, & illi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam agimus in terris. Per eumdem Chriſtum, &c.

REcevez, ô Trinité ſainte, cette oblation que nous vous offrons en mémoire de la Paſſion, de la Réſurrection & de l'Aſcenſion de Jeſus-Chriſt notre-Seigneur, & en l'honneur de la bienheureuſe Marie toûjours Vierge, de ſaint Jean-Baptiſte, des Apôtres ſaint Pierre & ſaint Paul, de ces Saints, & de tous les autres, afin qu'elle ſoit pour leur honneur & notre ſalut, & qu'ainſi ceux dont nous faiſons mémoire ſur la terre, daignent interceder pour nous dans le Ciel. Par le même Jeſus-Chriſt N. S.

Le Prêtre baiſe l'Autel, & dit :

ORate fratres, ut meum ac veſ-

PRiez, mes freres, que mon ſacrifice, qui eſt

aussi le vôtre, soit agréable à Dieu le Pere tout-puissant.

℟. Que le Seigneur reçoive de vos mains ce sacrifice pour l'honneur & la gloire de son nom, pour notre utilité particuliere, & pour le bien de toute son Eglise sainte.

trum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

℟. Suscipiat Dominus hoc sacrificiū de manibus tuis, ad laudem & gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

Le Prêtre dit, Amen, *& la Secrette.*

Préface ordinaire.

DAns tous les siécles des siécles. ℟. Ainsi soit-il. Que le Seigneur soit avec vous. ℟. Et avec votre esprit. Elevez vos cœurs. ℟. Nous les tenons élevés vers le Seigneur. Rendons graces au Seigneur notre Dieu. ℟. Il est bien juste & raisonnable.

Véritablement il est juste, il est équitable & salutaire de vous rendre graces en tous tems & en tous lieux, ô Seigneur, Pere saint, Dieu tout-puissant & éternel; qui avez été établi le salut du genre humain en l'arbre de la croix; afin de faire renaître la vie d'où la mort tiroit son origine, & que le démon

PEr omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum & justum est.

Verè dignum & justum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens æterne Deus: Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti: ut unde mors oriebatur, inde vita

resurgeret ; & qui in ligno vincebat , in ligno quoque vinceretur. Per Christum Dominum nostrum, per quem majestatem tuam laudant Angeli , adorant Dominationes, tremunt Potestates , cœli cœlorumque Virtutes , ac beata Seraphim sociâ exultatione concelebrant. Cùm quibus & nostras voces, ut admitti jubeas deprecamur supplici cõfessione dicentes.

qui par le fruit d'un arbre avoit terrassé l'homme , fût aussi terrassé lui-même sur un arbre. Par Jesus-Christ Notre-Seigneur , que les Anges louent votre Majesté , les Dominations l'adorent , que les Puissances craignent & révérent , & que les Cieux , les vertus des Cieux , & les bienheureux Seraphins célébrent ensemble votre gloire avec des transports de joye. Nous vous prions de recevoir nos voix que nous unissons avec les leurs , en vous disant par une humble confession.

* Sanctus, Sanctus, Sanctus , Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloriâ tuâ hosanna in excelsis.

Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

* Saint , Saint , Saint, est le Seigneur , le Dieu des armées. Votre gloire remplit le Ciel & la terre , hosanna , salut & gloire au plus haut des cieux.

Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur : hosanna , salut & gloire au plus haut des cieux.

LE CANON DE LA MESSE.

Le Prêtre ayant élevé les mains , & les ayant jointes , s'incline , disant :

TE igitur, clemẽtissime Pater ,

NOus vous supplions donc , Pere très-mi-

séricordieux, & nous vous demandons par Jesus-Christ Notre-Seigneur votre Fils, d'agréer & de bénir ces dons, ces présens, ces saints sacrifices sans tache, que nous vous offrons pour votre sainte Eglise Catholique, afin qu'il vous plaise de lui donner la paix, de la garder, de la maintenir dans l'union, & de la gouverner par toute la terre avec N. notre Pape votre serviteur, notre Prélat N. notre Roi N. & tous les Orthodoxes & observateurs de la Foi Catholique & Apostolique.

per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus, uti accepta habeas, & benedicas, hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, inprimis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum, unâ cum famulo tuo Papa nostro N. & Antistite nostro N. & Rege nostro N. & omnibus Orthodoxis, atque catholicæ & apostolicæ fidei cultoribus.

Mémoire des vivans.

SOuvenez-vous, Seigneur, de vos serviteurs & de vos servantes N. & N. & de tous ceux qui assistent à ce Sacrifice dont vous connoissez la foi & la piété, pour qui nous vous offrons ce Sacrifice de louange, pour eux-mêmes, & pour tous ceux qui leur appartiennent, pour la rédemption de leurs ames, pour l'espérance de leur salut & de leur conservation, & qui

MEmento, Domine, famulorum famularumque tuarum N. & N. & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota devotio; pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus, pro redemptione anima-

rum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ, tibique reddunt vota ſua æterno Deo, vivo & vero.

rendent leurs vœux à vous, qui êtes le Dieu éternel, vivant & véritable.

COmmunicantes, & memoriã venerantes, inprimis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, genitricis Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti; ſed & beatorum Apoſtolorũ ac Martyrum tuorum, Petri & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Thadæi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis & Pauli, Coſmæ & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum: quorum meritis precibuſque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eumdem.

PArticipans à une même Communion, & honorans la mémoire en premier lieu de la glorieuſe Vierge Marie, mere de Jeſus-Chriſt notre Dieu & notre Seigneur, de vos bienheureux Apôtres & Martyrs, Pierre & Paul, André, Jacques, Jean, Thomas, Jacques, Philippe, Barthelemi, Matthieu, Simon, Thadée; Lin, Clet, Clement, Xiſte, Corneille, Cyprien, Laurent, Chryſogone, Jean & Paul, Côme & Damien, & de tous vos Saints, aux mérites & prieres deſquels, accordez, s'il vous plaît, qu'en toutes choſes nous ſoyons munis du ſecours de votre protection. Par Notre-Seigneur Jeſus-Chriſt. Ainſi ſoit-il.

HAnc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quæſumus, Domine, ut placatus accipias,

NOus vous prions donc, Seigneur, de recevoir favorablement cette offrande de notre ſervitude, qui eſt auſſi celle de toute votre famille; de nous faire jouir

de votre paix pendant nos jours, & de faire qu'étant préſervés de la damnation éternelle, nous ſoyons comtés au nombre de vos élûs. Par Notre-Seigneur Jeſus-Chriſt. Ainſi ſoit-il.

dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

NOus vous priõs, ô Dieu, de bénir, ſans réſerve, cette oblation, de la mettre au nombre de celles que vous approuvez, de l'agréer, d'en faire un ſacrifice digne d'être reçu de vous, & par lequel nous vous rendions un culte raiſonnable & ſpirituel; en ſorte qu'elle devienne pour nous le corps & le ſang de votre Fils bien-aimé Notre-Seigneur Jeſus-Chriſt.

QUam oblationẽ tu, Deus, in omnibus, quæſumus, benedictam, adſcriptã, ratam, rationabilem acceptabilemque facere digneris; ut nobis Corpus & Sanguis fiat dilectiſſimi Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti.

QUi le jour de devant ſa Paſſion prit du pain dans ſes mains ſaintes & venerables, & levant les yeux au ciel vers vous, ô Dieu ſon Pere tout-puiſſant, vous rendit graces, & bénit ce pain, le rompit, & le donna à ſes Diſciples: en diſant: Prenez & mangez-en tous: Car ceci eſt mon corps.

QUi pridie quàm pateretur, accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas; & elevatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit, fregit, deditque Diſcipulis ſuis, dicens: accipite, & manducate ex hoc omnes: Hoc eſt enim corpus meum.

SImili modo, postquàm cœnatum est, accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas ; item tibi gratias agens, benedixit, deditque Discipulis suis, dicens : Accipite, & bibite ex eo omnes : Hic est enim calix Sanguinis mei, novi & æterni testamenti ; (mysterium fidei,) qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

DE même, après qu'il eut soupé, prenant ce précieux calice entre ses mains saintes & vénerables, il vous rendit graces, le bénit, & le donna à ses Disciples, en disant : Prenez, & buvez-en tous : car ceci est le calice de mon Sang, le Sang de la nouvelle & éternelle alliance, mystére de Foi, qui sera répandu pour vous & pour plusieurs, en rémission des péchés. Toutes les fois que vous ferez ces choses, vous les ferez en mémoire de moi.

UNde & memores, Domine, nos servi tui, sed & plebs tua sancta, ejusdem Christi Filii tui Domini nostri tam beatæ Passionis, nec non & ab inferis Resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ Ascensionis, offerimus præclaræ Majestati tuæ de tuis donis ac datis Hostiam puram, Hostiam sanctam, Hostiam immaculatam, Panem

C'Est pour cela, que nous qui sommes vos serviteurs, & avec nous votre peuple saint, faisons mémoire de la Passion de votre même Fils Jesus-Christ Notre-Seigneur, de sa Résurrection en sortant du tombeau victorieux de l'enfer, & de son Ascension glorieuse au Ciel, nous offrons à votre incomparable Majesté les dons que vous nous avez faits, l'Hostie pure, l'Hostie sainte, l'Hostie sans tache, le pain sacré de la vie immortelle &

le Calice du salut éternel.

SUr lesquels il vous plaise de jetter un regard doux & favorable, & de les avoir pour agréables, comme il vous a plû agréer les dons du juste Abel votre serviteur, & le sacrifice d'Abraham notre Patriarche, & le sacrifice saint, & l'Hostie sans tache que vous a offert votre Grand-Prêtre Melchisedech.

sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ.

SUpra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam Hostiam.

NOus vous supplions, ô Dieu tout-puissant, de commander que ces dons soient portés à votre Autel sublime en présence de votre divine Majesté, par les mains de votre saint Ange, afin que tous tant que nous sommes ici, qui participant à cet autel, aurons reçu le saint & sacré Corps & Sang de votre Fils, nous soyons remplis de toutes bénédictions & graces célestes. Par le même Jesus-Christ Notre-Seigneur. Ainsi soit-il.

SUpplices te rogamus, omnipotens Deus, jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinæ Majestatis tuæ; ut quotquot ex hac altaris participatione, sacro-sanctum Filii tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratiâ repleamur. Per eumdem.

Mémoire des Morts.

SOuvenez-vous aussi, Seigneur, de vos serviteurs

MEmento etiam, Domine, fa-

mulorum famularũque tuarum, qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis.

& de vos servantes N. N. qui nous ont précedez avec le signe de la foi, & qui dorment du sommeil de paix.

Ici on fait mémoire de ceux pour qui on veut prier.

IPsis, Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis & pacis, ut indulgeas deprecamur. Per eumdem Christum.

NOus vous supplions, Seigneur, de leur donner, & à tous ceux qui reposent en J. C. un lieu de rafraîchissement de lumiére & de paix. Par.

NObis quoque peccatoribus, famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam & societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis & Martyribus, cum Joanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia, & omnibus Sanctis tuis, intrà quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed ve-

POur nous pécheurs, vos serviteurs, qui espérons en votre grande miséricorde, daignez nous donner part & societé avec vos Saints Apôtres & Martyrs, avec Jean, Etienne, Matthias, Barnabé, Ignace, Alexandre, Marcellin, Pierre, Félicité, Perpetue, Agathe, Luce, Agnès, Cecile, Anastasie, & avec tous vos Saints, dans la compagnie desquels nous vous prions de nous recevoir, non en consultant nos mérites, mais en nous faisant grace par Jesus-Christ Notre-Seigneur. Par lequel vous produisez toûjours, Seigneur, vous sanctifiez, vous bénissez, & vous nous

donnez tous ces biens ; que par lui, avec lui, & en lui, tout honneur & toute gloire vous soient rendues, ô Dieu Pere tout-puissant en l'unité du S. Esprit.

niæ, quæsumus, largitor admitte ; Per Christum Dominum nostrum, per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis & præstas nobis ; Per ipsum, & cum ipso, & in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritûs Sancti, omnis honor & gloria.

Dans tous les siécles des siécles.

Per omnia sæcula sæculorum.

Ainsi soit-il.

℟. Amen.

Prions.

Oremus.

Etant instruits par le commandement du Sauveur, & suivant la regle divine qu'il nous a donnée, nous osons dire:

Præceptis salutaribus moniti, & divinâ institutione formati, audemus dicere:

Notre Pere, &c.

Pater noster, &c.

℟. Mais délivrez-nous du mal.

℟. Sed libera nos à malo.

℟. Ainsi soit-il.

℟. Amen.

DElivrez-nous, Seigneur, s'il vous plaît, de tous les maux passés, présens & à venir, & donnez-nous par votre bonté la paix en nos jours, par l'interceſſion de la bienheureuse Marie toûjours Vierge, Mere de Dieu, & de vos bienheureux Apôtres Pierre, Paul & André, & de tous les Saints, afin qu'étant assistés du secours de votre

LIbera nos quæsumus, Domine, ab omnibus malis præteritis, præsentibus & futuris : & intercedente beatâ & gloriosâ semper Virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis, Petro & Paulo, atque Andrea, & omnibus Sanctis, da propi-

tius pacem in diebus noſtris; ut ope miſericordiæ tuæ adjuti, & à peccato ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatione ſecuri. Per eũdem Dominum noſtrum, qui tecum vivit & regnat, &c.

Per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Pax Domini ſit ſemper vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

miſéricorde, nous ſoyons toûjours affranchis de l'eſclavage du péché, & de toute crainte d'aucun trouble. Par le même Notre-Seigneur Jeſus-Chriſt votre Fils, qui étant Dieu vit & regne avec vous en l'unité du Saint-Eſprit.

Par tous les ſiécles des ſiécles.

℟. Ainſi ſoit-il.

Que la paix du Seigneur ſoit toujours avec vous.

℟. Et avec votre eſprit.

Le Prêtre mêle dans le Calice une petite partie de l'Hoſtie qu'il a rompue en trois, & dit :

HÆc commixtio & conſecratio Corporis & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, fiat accipientibus nobis in vitam æternam. Amen.

QUe ce mélange & cette conſécration du corps & du ſang de Notre-Seigneur Jeſus-Chriſt que nous allons recevoir, nous procure la vie éternelle. Ainſi ſoit-il.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Agneau de Dieu, qui effacez les péchés du monde, ayez pitié de nous.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Agneau de Dieu, qui effacez les péchés du monde, ayez pitié de nous.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, do-

Agneau de Dieu, qui effacez les péchés du mon-

de, donnez-nous la paix.

SEigneur, Jesus-Christ, qui avez dit à vos Apôtres : Je vous laisse la paix, je vous donne ma paix ; n'ayez point égard à mes péchés, mais à la foi de votre Eglise, & donnez-lui la paix & l'union que vous désirez qu'elle ait : Vous qui vivez & regnez, &c. ℟. Ainsi soit-il.

SEigneur, Jesus-Christ, Fils du Dieu vivant, qui par la volonté du Pere, & la coopération du Saint-Esprit, avez donné par votre mort la vie au monde, délivrez-moi par votre saint & sacré Corps & Sang ici présens, de tous mes péchés & de tous les autres maux ; faites que je demeure toûjours attaché à vos commandemens, & ne permettez pas que je me sépare jamais de vous ; Qui étant Dieu, vivez & regnez avec le Pere & le Saint-Esprit dans tous les siécles des siécles.

Ainsi soit-il.

OSeigneur, Jesus-Christ, que la participation de

na nobis pacem.

DOmine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis pacem relinquo vobis pacẽ meam do vobis, ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiæ tuæ : eamque secundùm voluntatẽ tuam pacificare & coadunare digneris. Qui vivis & regnas, ℟. Amen.

DOñe Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundum vivificasti : libera me, per hoc sacro-sanctum Corpus & sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, & universis malis ; & fac me tuis semper inhærere mandatis, & à te nunquam separari permittas. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus,

PErceptio Corporis tui, Domine

Jesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proveniat in judicium & condemnationem; sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendam; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Amen.

votre Corps, que j'ose recevoir tout indigne que j'en suis, ne tourne point à mon jugement & à ma condamnation : mais que par votre bonté, elle serve à la défense de mon ame & de mon corps, & qu'elle soit de tous mes maux le remede salutaire; Vous qui étant Dieu vivez & regnez avec Dieu votre Pere en l'unité du Saint-Esprit dans tous les siécles des siécles.

Ainsi soit-il.

Panem cœlestem, accipiam, & nomen Domini invocabo.

Je prendrai le pain céleste, & j'invoquerai le nom du Seigneur.

Le Prêtre avant de communier, dit trois fois :

Domine, non sum dignus, &c.

Seigneur, je ne suis pas digne, &c.

QUid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis salvus ero.

QUe rendrai-je au Seigneur pour tous les biens qu'il m'a fait? Je prendrai le Calice du salut, & j'invoquerai le nom du Seigneur. J'invoquerai le Seigneur en chantant ses louanges; & je serai délivré de mes ennemis.

SAnguis Domini nostri Jesu Christi custodiat animam

QUe le sang de Notre-Seigneur Jesus-Christ garde mon ame pour la

vie éternelle. Ainſi.

Faites, Seigneur, que nous recevions avec un cœur pur, ce que nous avons pris par la bouche, & que d'un préſent temporel, il devienne un éternel remede pour nous.

meam in vitam æternam. Amen.

Quod ore ſumpſimus, Domine, pura mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternum.

QUe votre Corps que j'ai reçu, ô Seigneur, & que votre Sang que j'ai bû s'attachent à mes entrailles; & faites qu'après avoir été nourri par des Sacremens ſi purs & ſi ſaints, il ne demeure en moi aucune ſoüillure du péché : accordez-moi cette grace, Seigneur, qui vivez & regnez dans tous les ſiécles des ſiécles. Ainſi ſoit-il.

COrpus tuũ, Domine, quod ſumpſi, & Sanguis quem potavi, adhæreat viſceribus meis: & præſta, ut in me non remaneat ſcelerum macula, quem pura & ſancta refecerunt Sacramenta. Qui vivis & regnas, &c.

Après la Poſtcommunion.

Que le Seigneur ſoit avec vous.

℟. Et avec votre eſprit.

Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Allez, il y a permiſſion.
Ou Béniſſons le Seigneur.

Ite, Miſſa eſt.
vel. Benedicamus Domino.

℟. Rendons graces à Dieu.

℟. Deo gratias.

REcevez favorablement, ô Trinité ſainte, l'hommage & l'aveu de ma parfaite dépendance; ayez pour agréable le Sacrifice

PLaceat tibi, ſancta Trinitas, obſequium ſervitutis meæ, & præſta, ut ſacrificium quod o-

culis tuæ majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihique & omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

que j'ai offert à votre Majesté, tout indigne que j'en suis : faites qu'il soit un Sacrifice de propitiation pour moi, & pour tous ceux pour qui je l'ai offert. Par Jesus-Christ Notre-Seigneur Ainsi soit-il.

Le Prêtre se tourne vers le peuple & dit :

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, & Filius & spiritus Sanctus. ℟. Amen.

Que Dieu tout-puissant, le Pere, le Fils, & le Saint-Esprit vous béniſſe. ℟. Ainsi soit-il.

Dominus vobiscum.

Que le Seigneur soit avec vous.

℟. Et cum spiritu tuo.

℟. Et avec votre esprit.

Initium sancti Evangelii secundùm Joannem.

Commencement du Saint Evangile selon saint Jean.

℟. Gloria tibi Domine.

℟. Gloire vous soit rendue, ô Seigneur.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ; & Deus erat Verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lu-

AU commencement étoit le Verbe, & le Verbe étoit en Dieu, & le Verbe étoit Dieu. Il étoit dès le commencement en Dieu. Toutes choſes ont été faites par lui, & rien n'a été fait ſans lui. Ce qui a été fait étoit vie en lui, & la vie étoit la lumiere des hommes : & la lumiere luit dans les ténébres, & les ténébres ne

l'ont point compriſe. Il y eut un homme envoyé de Dieu, qui s'appelloit Jean. Il vint pour rendre témoignage à la lumiere, afin que tous cruſſent par lui. Il n'étoit pas la lumiere : mais il eſt venu pour rendre témoignage à celui qui étoit la lumiere. La lumiere véritable étoit celle qui éclaire tout homme venant en ce monde. Il étoit dans le monde, & le monde a été fait par lui, & le monde ne l'a point connu. Il eſt venu chez ſoi, & les ſiens ne l'ont pas reçu. Mais il a donné le pouvoir d'être faits enfans de Dieu à tous ceux qui l'ont reçu, & ceux qui croyent en ſon nom, qui ne ſont pas nés du ſang, ni des déſirs de la chair, ni de la volonté de l'homme, mais de Dieu même. ET LE VERBE A E'TE' FAIT CHAIR, & il a habité parmi nous : & nous avons vû ſa gloire, qui eſt la gloire du Fils unique du Pere plein de grace & de vérité.

cet & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux; ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mũdum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt : ET VERBUM CARO FACTUM EST; & habitavit in nobis : & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis.

℟. Deo gratias.

℟. Rendons graces à Dieu.

LA BÉNÉDICTION DE L'EAU pour les Dimanches, à la Meſſe Paroiſſiale.

ADjutorium noſtrum in nomine Domini.

NOtre ſecours eſt dans le nom du Seigneur.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℟. Qui a fait le ciel & la terre.

A Paris. ℣. Sit nomen Domini benedictum.

A Paris. Que le nom du Seigneur ſoit béni.

℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

℟. Maintenant & dans tous les ſiécles.

(*à Rome, au lieu de* Sit nomen, &c. *on dit* :)

℣. Dominus vobiſcum.

℣. Que le Seigneur ſoit avec vous.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℟. Et avec votre eſprit.

Exorciſme & bénédiction du Sel.

EXorcizo te, creatura ſalis, per Deum vivum, per Deum verum, per Deum ſanctum, per Deum, qui te per Eliſeum Prophetam in aquam mitti juſſit, ut ſanaretur ſterilitas aquæ; ut efficiaris ſal exorcizatum, in ſalutem credentium; ut ſis omnibus te ſumentibus ſanitas animæ & corporis; & effugiat atque diſce-

JE t'exorciſe, créature de Sel, par le Dieu vivant, par le Dieu véritable, par le Dieu Saint, par le Dieu qui fit ordonner par le Prophête Eliſée, qu'on te jette dans l'eau pour la rendre ſaine & féconde; afin que par cet exorciſme tu puiſſe ſervir aux fidéles pour leur ſalut, & que tous ceux qui te prendront reçoivent la ſanté du corps & de l'ame; & enfin que le lieu où tu ſeras répandu ſoit délivré de toute illu-

sion, malice, ruse & surprise du diable ; & que tout esprit impur en soit chassé par la conjuration de celui qui viendra juger les vivans & les morts, & le monde par le feu. Ainsi soit-il.

dat à loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adjuratus per eum qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Prions.

DIeu tout-puissant & éternel, nous supplions très-humblement votre clémence infinie, qu'il vous plaise par votre bonté de bénir & de sanctifier cette créature de Sel que vous avez donnée au genre humain pour son usage, afin qu'elle serve à tous ceux qui en prendront pour le salut de leur ame & de leur corps : & que tout ce qui en sera touché ou arrosé, soit préservé de toute tache, & de toutes les attaques des esprits de malice. Par Notre-Seigneur Jesus-Christ.

℟. Ainsi soit-il.

Oremus.

IMmensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, benedicere, & sanctificare tuâ pietate digneris ; ut sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis, & quidquid ex eo tactum, vel aspersum fuerit, careat omni immunditiâ, omniquè impugnatione spiritalis nequitiæ. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. ℟. Amen.

L'exorcisme & la bénédiction de l'Eau.

JE t'exorcise, créature d'Eau au nom de Dieu, le Pere tout-puissant, & au nom de Notre-Seigneur Je-

EXorcizo te, creatura aquæ, in nomine Dei Patris omnipotentis, & in

nomine Jesu Christi Filii ejus Domini nostri, & in virtute Spiritûs sancti ; ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare & explantare valeas, cum angelis suis apostaticis ; Per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

sus-Christ son Fils, & en la vertu du Saint-Esprit, afin que par cet exorcisme tu puisse servir à chasser & dissiper toutes les forces de l'ennemi, & à l'exterminer lui-même avec ses anges apostats ; Par la puissance du même Jesus-Christ Notre-Seigneur, qui viendra juger les vivans & les morts, & le monde par le feu.

℟. Ainsi soit-il.

Oremus.

DEus, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti : adesto propitius invocationibus nostris ; & elemento huic, multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis infunde : ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos dæmones, morbosque pellendos, divinæ gratiæ tuæ sumat effectum; ut quidquid in do-

Prions.

O Dieu, qui avez voulu vous servir de la substance des eaux dans les plus grands Sacremens que vous avez établis pour le salut du genre humain ; écoutez favorablement nos humbles prieres, répandez la vertu de votre bénédiction sur cet élément qui est préparé pour diverses purifications, afin que votre créature servant à vos mystéres, reçoive l'effet de votre grace divine pour chasser les démons & les maladies, & que tout ce qui sera arrosé de cette eau dans les maisons, ou dans les autres lieux des fidéles, soit

préſervé de toute impureté & de tous maux, qu'il n'y ait point ni d'eſprit peſtilentieux ou d'air corrompu, qu'il ſoit délivré des embûches ſecrettes de l'ennemi : & s'il y a quelque choſe qui puiſſe nuire ou à la ſanté ou au repos de ceux qui y habitent, qu'elle en ſoit éloignée par l'aſperſion de cette eau ; & qu'enfin nous puiſſions obtenir par l'interceſſion de votre ſaint nom une proſpérité, comme nous déſirons qu'il ſoit à couvert de toutes ſortes d'attaques. Par Notre-Seigneur Jeſus-Chriſt.

℟. Ainſi ſoit-il.

mibus, vel in locis fidelium hæc unda reſperſerit, careat omni immunditiâ, liberetur à noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens : diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici : & ſi quid eſt quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aſperſione hujus aquæ effugiat; ut ſalubritas per invocationem ſancti tui nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa.

Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ. ℟. Amen.

Le Prêtre jette le Sel dans l'Eau en forme de croix, en diſant :

QUe ce mélange du ſel & de l'eau ſoit fait au nom du Pere, & du Fils, & du Saint-Eſprit.

℟. Ainſi ſoit-il.

℣. Le Seigneur ſoit avec vous.

℟. Et avec votre eſprit.

COmmixtio ſalis & aquæ pariter fiat in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Prions.

O Dieu, qui êtes l'auteur d'une puiſſance invincible, Roi d'un empire iné-

Oremus.

DEus, invictæ virtutis auctor, & inſuperabilis im-

perii Rex, ac ſemper magnificus triũphator ; qui adverſæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis fævitiam ſuperas, qui hoſtiles nequitias potenter expugnas, te, Domine, trementes & ſupplices deprecamur, ac petimus ; ut hanc creaturam ſalis & aquæ dignanter aſpicias, benignus illuſtres, pietatis tuæ rore ſanctifices : ut ubicumque fuerit aſperſa, per invocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritûs abigatur, terrorque venenoſi ſerpentis procul pella tur, & præſentia ſancti Spiritûs nobis miſericordiam tuam dignetur. ℟. Amen.

branlable, & qui triomphez toûjours glorieuſement, qui diſſipez les forces du parti contraire, & qui domptez puiſſamment la malice de vos adverſaires ; nous vous ſupplions avec un profond reſpect qu'il vous plaiſe de regarder d'un œil favorable cette créature de ſel & d'eau, de répandre ſur elle la lumiere de votre grace, & de la ſanctifier par la roſée de votre bonté ; afin que tous les lieux qui en ſeront arroſés, ſoient préſervés par l'invocation de votre ſaint nom, des fantômes de l'eſprit impur ; qu'il n'y ait point de ſerpent venimeux à craindre : mais qu'en implorant votre miſéricorde nous ſoyons en tous lieux aſſiſtés par la préſence du Saint-Eſprit. Par Notre-Seigneur.

℟. Ainſi ſoit-il.

poſcentibus ubique adeſſe

Aſperſion de l'Eau-bénite.

ANTIENNE.

Asperges me, Domine, hiſſopo & mundabor : lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Pſ. Miſerere meſ

VOus m'arroſerez avec l'hyſſope, Seigneur, & je ſerai purifié : vous me laverez, & je deviendrai plus blanc que la neige

Pſ. Ayez pitié de moi,

mon Dieu, selon l'étendue de votre miséricorde.

Deus, secundùm magnam misericordiam tuam.

Gloire soit, &c.

Gloria Patri, &c.

On répéte, Asperges me.

Le Dimanche des Rameaux, on ne dit point Gloria, *mais on répéte* Asperges, *après avoir dit quelques versets du Pseaume* Miserere, *s'il en est besoin.*

*Au tems Paschal, on dit, au lieu d'*Asperges.

ANTIENNE.

JE répandrai sur vous une eau pure, & vous serez purifiés de toutes vos soüillures; louez Dieu. Et je vous donnerai un cœur nouveau, je mettrai au milieu de vous un esprit nouveau, louez Dieu, louez Dieu.

EFfundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, allel. & dabo vobis cor novum, & Spiritum novum ponam in medio vestri, alleluia, alleluia.

Ps. Louez le Seigneur, parce qu'il est bon, parce que sa miséricorde est éternelle. Gloire, &c.

Ps. Confitemini Domino quoniam bonus; quoniam in sæculum misericordia ejus. Gloria, &c.

On répéte, Effundam.

Après l'Asperſion, le Prêtre dit :

Prions.

Oremus.

EXaucez-nous, Seigneur, qui êtes Saint, Pere tout-puissant, Dieu éternel; & daignez envoyer du ciel votre saint Ange, pour garder, pour soûtenir, pour proteger, pour visiter, & pour défendre

EXaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, vi-

sitet atque defendat omnes congregatos in hoc sancto templo tuo ; Per.

tous ceux qui sont en ce lieu : Par, &c.

*A Rome, au tems Paschal, on dit au lieu d'*Effundam.

VIdi aquam egredientem de templo à latere dextro, all. Et omnes ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt & dicent, alleluia, alleluia.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, alleluia.

℟. Et salutare tuum da nobis, alleluia.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

J'Ai vû une eau qui sortoit du côté droit du Temple, louez Dieu : Et tous ceux que cette eau a touchés ont été sauvés, & ils diront : louez Dieu, louez Dieu.

℣. Faites paroître sur nous, Seigneur, les effets de votre miséricorde, louez Dieu.

℟. Et accordez-nous le salut qui vient de vous, louez Dieu.

℣. Seigneur, exaucez ma priere.

℟. Et que mes cris s'élevent jusqu'à vous.

℣. Le Seigneur soit avec vous.

℟. Et avec votre esprit.

Le reste comme à Paris.

BÉNÉDICTION DU PAIN *à la Messe de Paroisse.*

ADjutorium nostrum in nomine Domini.

NOtre secours est dans le nom du Seigneur.

℟. Qui fecit cœ-

℟. Qui a fait le ciel &

la terre.

℣. Le Seigneur ſoit avec vous.

℟. Et avec votre eſprit.

Prions.

SEigneur Jeſus-Chriſt, qui êtes le pain des Anges, le pain vivant de la vie éternelle, daignez bénir ce pain, comme vous bénites les cinq pains dans le déſert, afin que tous ceux qui en mangeront y trouvent la ſanté de l'ame & du corps : Nous vous en prions, vous qui vivez & regnez, dans la ſuite de tous les ſiécles. ℟. Ainſi ſoit-il.

lum & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, panis Angelorũ, panis vivus æternæ vitæ : benedicere dignare panẽ iſtum, ſicut & benedixiſti quinque panes in deſerto ; ut omnes ex eo guſtantes, inde corporis & animæ percipiant ſanitatem. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorũ. ℟. Amen.

LE DIMANCHE DES RAMEAUX.

LA BÉNÉDICTION DES RAMEAUX.

A PARIS.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, cujus filius, pro salute generis humani, de cœlo descendit ad terras; & appropinquante horâ passionis suæ, Jerosolymam venire in asino, & à turbis Rex appellari & laudari voluit, benedicere † dignare hos frondium ramos, ut omnes qui eos laturi

℣. Le Seigneur soit avec vous.

℟. Et avec votre esprit.

Prions.

O DIEU, dont le Fils, pour le salut du genre humain, est descendu du ciel sur la terre, & qui à l'approche de l'heure de sa passion, a voulu venir à Jerusalem, monté sur un âne, & être appellé Roi, & honoré en cette qualité par le peuple : daignez bénir ces rameaux chargé de feuilles, afin que tous ceux qui les doivent porter, soient tellement remplis de la

grace de votre bénédiction, qu'ils puiſſent ſurmonter au ſiécle préſent les tentations de notre ancien ennemi, & paroître devant vous avec la palme de la victoire, & le fruit des bonnes œuvres, par le même Jeſus-Chriſt Notre-Seigneur.

℟. Ainſi ſoit-il.

Prions.

℣. Percuſſus ſum ſicut fœnum, & aruit cor meum : quia oblitus ſum manducare panem meum.

℣. Tu exurgens, Domine, miſereberis Sion; quia venit tempus miſerendi ejus.

SEigneur, écoutez ma priere, & que mes cris s'élevent juſqu'à vous.

℣. Ne détournez pas votre viſage de moi : lorſque je ſuis dans l'affliction, prêtez l'oreille à ma voix.

℣. En quelque jour que je vous invoque, hâtez-vous de me ſecourir.

℣. D'autant que les jours ſe ſont évanouis comme la fumée : & mes os ſe ſont ſéchez comme un foyer où le feu brûle inceſſamment.

℣. J'ai été frappé comme l'herbe, & mon cœur s'eſt deſſéché, parce que j'ai oublié de manger mon pain.

℣. Vous vous leverez, & vous aurez pitié de Sion ; parce que le tems d'en avoir compaſſion eſt arrivé.

La Paſſion, pag. 144.

OFFERTOIRE.

DOmine, exaudi orationem meã.

SEigneur, écoutez ma priere, & que mes cris

s'élevent jusqu'à vous : ne détournez pas de moi votre visage.

& clamor meus ad te perveniat ; ne avertas faciem tuam à me.

SECRETE.

REcevez, Seigneur, le don qui vous est offert; & faites par votre bonté, que nous puissions recevoir avec des affections & des ressentimens pieux, ce que nous célébrons dans le mystére de la Passion de Notre-Seigneur votre Fils : Par le même Jesus-Christ Notre-Seigneur, &c.

SUscipe, quæsumus, Domine, munus oblatum, & dignanter operare, ut quod Passionis Filii tui Domini nostri mysterio gerimus, piis affectibus consequamur. Per eundem Dominum &c.

COMMUNION.

JE mêlois mon breuvage avec mes larmes ; parce qu'en m'élevant, en haut vous m'avez brisé, & je suis devenu sec comme l'herbe ; mais pour vous, Seigneur, vous subsistez éternellement. Vous vous leverez & vous aurez pitié de Sion, parce qu'il est tems d'en avoir compassion.

POtum meum cum fletu temperabā : quia elevans allisisti me : & ego sicut fœnum arui : Tu autem, Domine, in æternum permanes : tu exurgens misereberis Sion, quia venit tempus miserendi ejus.

POSTCOMMUNION.

FAites, ô Dieu tout-puissant, que nos sens soient persuadés par une ferme confiance, que vous nous avez donné la vie éternelle par la mort temporelle de votre Fils, que ces mystéres adorables nous représentent. Par le même Je-

LArgire sensibus nostris, omnipotens Deus, ut per temporalem Filii tui mortem, quam mysteria veneranda testantur, vitam te nobis dedisse perpetuam confidamus. Per eun-

dem

dem Dominum noſtrum, &c.

ſus-Chriſt, &c.

Oraiſon ſur le Peuple.

REſpice, quæſumus, Domine, ſuper hanc familiam tuam, pro qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus non dubitavit manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum; Qui tecum vivit & regnat, &c.

SEigneur, nous vous ſupplions très-humblement de regarder en pitié votre Egliſe ſainte, pour laquelle Notre-Seigneur Jeſus-Chriſt a bien voulu être livré entre les mains des méchans, & ſouffrir les tourmens de la Croix; Lui qui étant Dieu, vit & regne, &c.

A COMPLIES.

A PARIS.

Les Pſeaumes ſans Antiennes, ni Gloria Patri, *avec* Nunc dimittis, p. 53. *l'Oraiſon ci-deſſus.*

A ROME.

Les Complies comme au Dimanche des Rameaux, p. 96.

L'OFFICE DU JEUDY SAINT.

A MATINES.

A PARIS.

AU PREMIER NOCTURNE.

PSEAUME 3.

POurquoi les Nations se sont-elles allarmées, & pourquoi les peuples ont-ils formé de vains projets ?

Les Rois de la terre ont conspiré, & les Princes se sont joints ensemble contre le Seigneur, & contre son Christ.

Rompons, disent-ils, les liens dont ils veulent nous lier, & rejettons le joug dont ils veulent nous charger.

Celui qui fait sa demeu-

QUare fremuerunt gentes : & populi meditati sunt inania.

Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unũ : adversùs Dominum & adversùs Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum : & projiciamus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cœ-

lis, irridebit eos ; & Dominus ſubſannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira ſua : & in furore ſuo conturbabit eos.

Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus : prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam ; & poſſeſſionem tuã terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea : & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc Reges intelligite : erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Apprehendite diſciplinám, nequando iraſcatur Dominus : & pereatis de via juſ-

re dans le ciel, ſe rira d'eux : & le Seigneur ſe mocquera d'eux.

Alors il leur parlera dans ſa colére, & il les mettra en déſordre dans ſa fureur.

Mais pour moi, il m'a établi Roi ſur ſa ſainte montagne de Sion : afin de publier ſes ordonnances.

Le Seigneur m'a dit : vous êtes mon fils, je vous ai engendré aujourd'hui.

Demandez-moi toutes les Nations de la terre pour votre héritage, & je vous les donnerai : & toute l'étendue de la terre ſera votre poſſeſſion.

Vous les gouvernerez avec un ſceptre de fer : & vous les briſerez comme un pot de terre.

Devenez donc ſages, ô Rois du monde : inſtruiſez-vous, vous qui êtes juges de la terre.

Servez le Seigneur avec crainte : & réjouiſſez-vous en lui avec tremblement.

Recevez l'inſtruction qu'il vous donne, de peur qu'il ne s'irrite contre vous, & que vous ne périſſiez en vous é-

cartant de la droite voye.

Lorſqu'il arrivera que tout d'un coup ſa colére s'allumera : heureux ſeront ceux qui eſpérent en lui.

Ant. Les Rois de la terre ont conſpiré; & les Princes ſe ſont joints enſemble, contre le Seigneur, & contre ſon Chriſt.

ta.

Cum exarſerit in brevi ira ejus : beati omnes qui confidunt in eo.

Ant. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum, adversùs Dominum & adversùs Chriſtum ejus.

PSEAUME 22.

LE Seigneur eſt mon Paſteur, & je ne manquerai de rien : il me fait repoſer dans d'agréables pâturages.

Il me conduit le long des eaux tranquilles, il rend la force à mon ame.

Il me fait marcher dans les ſentiers de la juſtice, pour la gloire de ſon nom.

Auſſi quand j'aurois à paſſer par une vallée couverte de l'ombre de la mort, je ne craindrois aucun mal, parce que vous êtes avec moi.

Votre houlette & votre bâton, voilà ce qui me conſole & me raſſure.

Vous avez préparé une table devant moi pour me fortifier contre mes ennemis.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit : in loco paſcuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me, animam meam convertit.

Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ, propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam, adversùs eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus est.

Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

Ant. Parasti, Domine, in conspectu meo mensam, adversùs eos qui tribulant me; & calix meus inebrians quàm præclarus est.

Vous avez couvert ma tête d'un parfum précieux, ma coupe est délicieuse.

Et de plus, votre bonté & votre miséricorde m'accompagneront tous les jours de ma vie.

Et j'habiterai éternellement dans la maison du Seigneur.

Ant. Vous avez préparé, Seigneur, pour moi, une nourriture qui me fortifiera contre mes ennemis; & vous avez rempli d'un vin délicieux ma coupe.

PSEAUME 25.

JUdica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum; & in Domino sperans, non infirmabor.

Proba me, Domine, & tenta me: ure renes meos & cor meum.

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua.

Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.

SEigneur, soyez mon juge, car ma conduite est juste & innocente: j'ai mis ma confiance dans le Seigneur, & je ne serai point ébranlé.

Eprouvez-moi, Seigneur, examinez-moi: éprouvez par le feu mes reins & mon cœur.

Car votre miséricorde m'est toujours présente, & j'ai réglé mes démarches selon votre vérité.

Je ne me suis point assis parmi ces mortels qui aiment la vanité & le mensonge, je ne me trouverai

pas même avec ceux qui ſçavent diſſimuler.

Je hais l'aſſemblée des méchans, & je ne prends point place avec les impies.

Odivi eccleſiã malignantium, & cum impiis non ſedebo.

Je lave mes mains avec une conſcience pure, & je m'approche de votre autel, Seigneur,

Lavabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum, Domine.

Pour entendre & célébrer vos louanges, pour annoncer toutes vos merveilles.

Ut audiam vocem laudis, & enarrem univerſa mirabilia tua.

Seigneur, j'ai aimé la beauté de votre maiſon, & le lieu où réſide votre gloire.

Domine, dilexi decorem domûs tuæ, & locũ habitationis gloriæ tuæ.

Ne me confondez pas avec les impies; & ne m'ôtez pas la vie comme aux hommes de ſang.

Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam, & cum viris ſanguinum vitã meã.

Leurs mains ſont ſouillées, la récompenſe & les préſens rempliſſent leur droite.

In quorum manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus.

Pour moi je continuerai à marcher dans l'innocence, rachetez-moi, Seigneur, & ayez pitié de moi.

Ego autẽ in innocentia mea ingreſſus ſum, redime me, & miſerere meî.

Mes pieds s'affermiront dans la droiture: je vous béniraí, Seigneur, dans les aſſemblées.

Pes meus ſtetit in directo: in eccleſiis benedicam te, Domine.

Ant. Je ne me placerai point parmi les impies, je laverai avec les juſtes mes mains.

Ant. Cum impiis non ſedebo: lavabo inter innocentes manus meas.

℣. Lavabis me, Domine.

℟. Et super nivem dealbabor.

℣. Seigneur, vous me laverez.

℟. Et je deviendrai plus blanc que la neige.

Aujourd'hui & les deux jours suivans, on se contente de dire, Pater noster, *tout bas, avant les Leçons sans Absolution ni Bénédiction; & à la fin on ne dit point* Tu autem, Domine.

Premiere Leçon.

Incipit lamentatio Jeremiæ Prophetæ.

(à Rome. Aleph.)

QUomodo sedet sola civitas plena populo? facta est quasi vidua domina gentiũ, princeps provinciarum facta est sub tributo.

(à Rome. Beth.)

Plorans ploravit in nocte & lachrymæ ejus in maxillis ejus, non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus. Omnes amici ejus spreverunt eam, & facti sunt ei inimici.

(à Rome, Gimel.)

Migravit Judas propter afflictionem, & multitudinem servitu-

Le commencement des lamentations du Prophête Jérémie.

(à Rome. Aleph.)

COmment cette Ville autrefois si peuplée, est-elle maintenant déserte? Elle qui étoit la maîtresse des Nations, est devenue semblable à une veuve; elle qui tenoit le premier rang parmi les Provinces, a été rendue tributaire.

(à Rome. Beth.) Elle a pleuré toute la nuit, & ses larmes ont coulé le long de ses joues; de tous ses amis, il n'y en a pas un qui la console; ils l'ont tous mépriſée, & se sont déclarés ses ennemis.

(à Rome. Gimel.) L'affliction & la rigueur de la servitude ont forcé le peuple Juif à quitter son pays.

Il s'eſt retiré parmi les Nations étrangéres ſans y trouver ſon repos. Tous ceux qui le pourſuivoient, l'ont ſurpris dans des défilés.

(*à Rome. Daleth.*) Les rues de Sion ſe lamentent, de ce que perſonne ne vient ſolemniſer ſes Fêtes : toutes ſes portes ſont abbatues, ſes Prêtres gémiſſent, ſes filles ſont ſales & mal propres, & elle-même eſt accablée de douleur.

(*à Rome. He.*) Ses ennemis dominent ſur elle, & ſont devenus riches & puiſſans, d'autant que le Seigneur l'a ainſi ordonné, à cauſe du grand nombre de ſes crimes. Les plus jeunes de ſes habitans ont été menés en captivité, à la vue de celui qui l'outrage.

Jeruſalem, Jeruſalem, convertiſſez-vous au Seigneur votre Dieu.

℟. Le ſouper étant fini, Jeſus ſe leva de table, & commença à laver les pieds de ſes Diſciples, & dit à Pierre : Pour vous, vous êtes purs ; & néanmoins vous ne l'êtes pas tous ; car

tis : habitavit inter gentes, nec invenit requiem. Omnes perſecutores ejus apprehēderunt eam inter anguſtias.

(*à Rome, Daleth.*) Viæ Sion lugent, eò quod non ſint qui veniant ad ſolemnitatem : omnes portæ ejus deſtructæ, Sacerdotes ejus gementes, virgines ejus ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.

(*à Rome. He.*) Facti ſunt hoſtes ejus in capite, inimici ejus locupletati ſunt, quia Dominus locutus eſt ſuper eam, propter multitudinem iniquitatum ejus. Parvuli ejus ducti ſunt in captivitatem, ante faciem tribulantis.

Jeruſalem, Jeruſalem, convertere ad Dominū Deum tuum.

Cœnâ factâ, ſurgit Jeſus à cœnâ, & cœpit lavare pedes Diſcipulorum, & dicit Petro : Vos mundi eſtis, ſed non omnes; ſciebat enim quiſnam

esset qui traderet eum.

℣. Non supergaudeant mihi iniquè ; qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Vos mundi.

il sçavoit celui qui devoit le trahir.

℣. Que je ne sois pas réveillé par ceux qui me persécutent injustement, qui me haïssent sans sujet, & qui m'outragent continuellement : Pour vous, &c.

Seconde Leçon.

(*à Rome, Vau.*) ET egressus est à filia Sion omnis decor ejus : facti sunt principes ejus velut arietes non invenientes pascua, & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.

(*à Rome, Zain.*) Recordata est Jerusalem dierum afflictionis suæ & prævaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cùm caderet populus ejus in manu hostili, & non esset auxiliator. Viderunt eam hostes, & derisérunt Sabbata ejus.

(*à Rome, Heth.*) Peccatum peccavit Jerusalem, propter ea instabilis facta est.

(*à Rome. Vau.*) LA fille de Sion a perdu tous ses agrémens, les Princes sont devenus comme des béliers qui n'ont point de pâturage, & le courage leur manquant, ils se sont laissés emmener par ceux qui les conduisoient.

(*à Rome. Zain.*) Jerusalem s'est souvenue des jours de son affliction, de ses déréglemens & de toutes les choses précieuses qu'elle possedoit autrefois, au tems que son peuple tomboit sous la puissance de ses ennemis, & qu'elle étoit destituée de tout secours. Ils l'ont considérée en cet état, & se sont mocqués de ses Sabbats.

(*à Rome. Heth.* (Jerusalem a péché, & son crime lui a attiré la perte de sa stabilité. Tous ceux

qui la louoient, l'ont méprisée, voyant l'ignominie où elle est réduite : Et gémissant sur son infamie, elle a détourné son visage.

(*à Rome. Teth.*) Ses ordures paroissent sur ses pieds, & elle ne s'est point souvenue de sa fin. Elle est tombée dans un extrême abbaissement, sans que personne la console. Seigneur, jettez les yeux sur ma misére : car mon ennemi est devenu insolent.

Jerusalem.

Omnes qui glorificabant eam, spreverunt illam : quia viderunt ignominiam ejus. Ipsa autem gemens cōversa est retrorsum.

(*à Rome, Teth.*) Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui. Deposita est vehementer, non habens consolatorem. Vide, Domine, afflictionem meā, quoniam erectus est inimicus.

Jerusalem, &c.

Répons.

Jesus se troubla en son esprit, & parla avec assurance à ses Apôtres, & leur dit : En vérité, en vérité, je vous le déclare, que l'un de vous me trahira : Voilà que la main de celui qui me trahit, est avec moi sur la table.

℣. Celui qui étoit en si grande union avec moi, & qui mangeoit à ma table, a fait gloire de me trahir : Voilà que la main.

Turbatus est Jesus spiritu, & protestatus est, & dixit : Amen, amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me : Ecce manus tradentis me mecum est in mensa.

℣. Homo pacis meæ qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem. Ecce.

Troisiéme Leçon.

(*à Rome. Jod.*) L'Ennemie s'est rendu maître des choses précieuses qu'elle avoit ; elle a

(*à Rome, Jod.*) Manū suam misit hostis ad omnia desiderabilia

ejus : quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas ne intrarent in Eccleſiam tuam.

(*à Rome, Caph.*) Omnis populus ejus gemens, & quærens panem dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Vide, Domine, & conſidera quoniam facta ſum vilis.

(*à Rome, Lamed.*) O vos omnes, qui tranſitis per viam; attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus; quoniam vindemiavit me, ut locutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui.

(*à Rome, Mem.*) De excelſo miſit ignē in oſſibus meis, & erudivit me: expandit rete pedibus meis, convertit me retrorſum, poſuit me deſolatam totâ die mœrore confectam.

(*à Rome, Nun.*) Vigilavit jugum iniquitatum mearum: in

vû les Nations étrangéres entrer dans votre ſanctuaire, quoique vous euſſiez défendu de les admettre dans l'aſſemblée des fidéles.

(*à Rome. Caph.*) Tout ſon peuple gémi & cherche du pain: Ils ont donné ce qu'ils avoient de précieux pour des vivres afin de ſe nourrir. Voyez, Seigneur, & conſidérez combien je ſuis devenue mépriſable.

(*à Rome. Lamed.*) O vous tous qui paſſez par ce chemin, arrêtez-vous, & conſidérez s'il y a douleur pareille à la mienne, d'autant que le Seigneur m'a dépouillée comme la vigne, ainſi qu'il l'a dit au jour de ſa colére.

(*à Rome. Mem.*) Il a jetté d'en-haut le feu dans mes os, & m'a fait tomber en arriere: il m'a ôté toute conſolation, & m'a plongée dans une affliction inſupportable.

(*à Rome. Nun.*) Le joug de mes péchés s'appéſantit inceſſamment ſur moi; la

main du Seigneur m'en charge ſans relâche, tellement que ma force en eſt grandement diminuée : mais il m'a miſe ſous un ennemi ſi puiſſant, qu'il m'eſt impoſſible de me relever.

manu ejus convolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo : infirmata eſt virtus mea : dedit me Dominus in manu, de qua non potero ſurgere.

Jeruſalem, Jeruſalem, convertiſſez-vous au Seigneur votre Dieu.

Jeruſalem, Jeruſalem, convertere ad Dñm Deum tuum.

℟. Le Fils de l'homme s'en va, ſelon ce qui a été écrit de lui ; mais cependant malheur à celui par qui il ſera trahi : Il eut mieux valu pour cet homme qu'il ne fût pas né. ℣. Il a aimé la malédiction, & elle lui arrivera ; il a rejetté la bénédiction, & elle le fuira. Il eût mieux valu, &c.

℟. Filius hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo : Veruntamen væ homini illi per quem Filius hominis tradetur : Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. ℣. Dilexit maledictionem, & veniet ei ; & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Bonum erat.

AU SECOND NOCTURNE.

PSEAUME 72.

SEigneur, je crie vers vous, mon Dieu, ne refuſez pas de m'entendre ; car ſi vous demeurez dans le ſilence à mon égard, je deviendrai ſemblable à ceux qui deſcendent dans l'abîme.

AD te, Domine, clamabo, Deus meus ne ſileas à me : nequando taceas à me, & aſſimilabor deſcendentibus in lacum.

Ecoutez, Seigneur, la voix de mes prieres dans ce tems que je crie vers vous,

Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad

te,

te, dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.

Ne ſimul trahas me cum peccatoribus; & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo; mala autem in cordibus eorum.

Da illis ſecundùm opera eorum, & ſecundùm nequitiam adinventionum ipſorum.

Secundùm opera manuum eorum tribue illis; redde retributionem eorum ipſis.

Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum ejus: deſtrues illos, & non ædificabis eos.

Benedictus Dominus, quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ.

Dominus adjutor meus & protector meus: in ipſo ſperavit cor meum, & adjutus ſum.

que j'éleve mes mains vers votre ſanctuaire.

Ne m'entraînez pas à la mort avec les pécheurs, & ne me perdez point avec ceux qui commettent l'iniquité;

Qui ont dans la bouche des paroles de paix pour le prochain, mais qui lui veulent du mal dans le cœur.

Puniſſez-les ſelon leurs œuvres, & ſelon la malice de leurs deſſeins.

Traitez-les ſelon que le méritent leurs propres actions, faites retomber ſur eux le mal qu'ils ont cauſé aux autres.

Parce qu'ils n'ont point fait d'attention ſur les ouvrages du Seigneur, ni ſur les effets de ſa puiſſance, vous les détruirez, loin de les établir.

Le Seigneur ſoit béni, car il a exaucé la voix de mon inſtante priere.

Le Seigneur eſt ma force & toute ma protection: mon cœur a eſpéré en lui, & j'ai été ſecouru.

Mon cœur a pris une nouvelle vigueur, je lui en rendrai graces dans mes cantiques.

Le Seigneur eſt la force de ſon peuple, & il eſt la cauſe toute-puiſſante du ſalut de ſon Chriſt.

Seigneur, ſauvez votre peuple, & béniſſez votre héritage : conduiſez-les & élevez-les juſques dans l'éternité.

Ant. Ne me perdez pas avec ceux qui commettent l'iniquité, & qui, dans le tems qu'ils ont le cœur plein de malignité, tiennent à leur prochain des diſcours de paix.

Et refloruit caro mea ; & ex voluntate mea confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis ſuæ, & protector ſalvationū Chriſti ſui eſt.

Salvum fac populum tuum, Domine, & benedic hereditati tuæ ; & rege eos, & extolle illos uſque in æternum.

Ant. Cum operantibus iniquitatem ne perdas me : qui loquuntur pacem cum proximo ſuo ; mala autem in cordibus eorum.

PSEAUME 39.

J'Ai attendu le Seigneur & il s'eſt enfin baiſſé vers moi.

Il a entendu le cri de mes prieres, & il m'a tiré d'un abîme effroyable, d'un fond de fange & de boue.

Il a placé mes pieds ſur la pierre, & il a affermi mes pas.

Il m'a mis en la bouche un cantique nouveau, un cantique de louanges pour notre Dieu.

Pluſieurs en voyant ceci,

EXpectans expectavi Dominum, & intendit mihi.

Et exaudivit preces meas ; & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.

Et ſtatuit ſuper petram pedes meos, & direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum canticum novum, carnem Deo noſtro.

Videbunt multi, &

timebunt ; & ſperabunt in Domino.

Beatus vir cujus eſt nomen Domini ſpes ejus ; & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.

craindront le Seigneur, & ils eſpéreront en lui.

Heureux l'homme qui met ſon eſpérance dans le Seigneur, & qui ne ſe tourne point vers les ſuperbes ni vers ceux qui aiment le menſonge.

Multa feciſti tu, Domine, Deus meus, mirabilia tua ; & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Seigneur mon Dieu, les merveilles que vous avez faites ſont innombrables : on ne peut ſe repréſenter les penſées que vous avez ſur nous.

Annuntiavi & locutus ſum : multiplicati ſunt ſuper numerum.

Si je veux les annoncer & en parler, elles ſe trouvent au-deſſus de tout ce qu'on peut dire.

Sacrificium & oblationem noluiſti ; aures autem perfeciſti mihi.

Vous n'avez pas agréé les victimes & les offrandes ; mais vous m'avez rendu les oreilles conformes à mon état.

Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti : tunc dixi, Ecce.

Vous n'avez point demandé d'holocauſtes, ni des ſacrifices pour le péché ; alors j'ai dit : Me voici.

In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatẽ tuã : Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Dans tout le corps des Ecritures il eſt écrit de moi, que je ferai votre volonté : ô mon Dieu, je l'ai acceptée avec joye, & j'ai votre loi gravée au fond de mon cœur.

Annuntiavi juſtitiam tuam in eccleſia magna ; ecce labia

Auſſi j'ai publié votre juſtice dans une grande aſſemblée ; vous voyez que

je ne tiens point mes lévres fermées : Seigneur, vous le ſçavez.

mea non prohibebo : Domine, tu ſciſti.

Je n'ai point retenu votre juſtice dans le ſecret de mon cœur : j'ai parlé librement de votre vérité, & du ſalut que vous donnez.

Juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo : veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.

Je n'ai point diſſimulé votre miſéricorde & votre vérité, devant une grande aſſemblée.

Non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam, à cōcilio multo.

Ainſi vous ne fermerez pas, Seigneur, le ſein de vos bontés ſur moi ; votre miſéricorde & votre vérité me garderont ſans ceſſe.

Tu autem, Domine, ne longè facias miſerationes tuas à me : miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

Car des maux qu'on ne peut nombrer, ſont venus ſur moi de toutes parts : mes iniquités m'ont tellement ſaiſi, que je ne puis plus rien voir.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus ; comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.

Elles ſont en plus grand nombre que les cheveux de ma tête, en ſorte que mon cœur en tombe en défaillance.

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei ; & cor meum dereliquit me.

Ayez la bonté, Seigneur, de me délivrer : Seigneur, hâtez-vous de me ſecourir.

Complaceat tibi, Domine, ut eruas me : Domine, ad adjuvandum me teſpice.

Que ceux qui cherchent mon ame pour la perdre,

Confundantur & revereantur ſimul qui

quærunt animã meã, ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, & revereantur, qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætentur super te omnes quærentes te; & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuũ.

Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus sollicitus est meî.

Adjutor meus & protector meus tu es: Deus meus, ne tardaveris.

Ant. Confundantur & revereantur simul, qui quærunt animam meam, ut auferant eam.

soient tous ensemble chargés de honte & de confusion.

Que ces gens qui se plaisent à me faire du mal, soient jettés en arriere, & couverts d'infamie.

Que ceux qui disent de moi: Le voilà perdu, le voilà perdu, soient eux-mêmes désolés en punition de leur procedé.

Que tous ceux qui vous cherchent, soient dans l'allegresse, & trouvent en vous leur joye; & que ceux qui aiment le salut qui vient de vous, disent sans cesse: Le Seigneur soit glorifié.

Pour moi, qui suis pauvre & dénué de tout, le Seigneur prend soin de moi

C'est vous qui êtes mon secours & mon libérateur; mon Dieu, ne différez pas davantage.

Ant. Qu'ils soient confondus & couverts d'infamie, tous ceux qui cherchent à m'ôter la vie.

PSEAUME 40.

BEatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum

HEureux celui qui donne son attention au pauvre & à l'infirme: le Seigneur le délivrera au

jour mauvais.

Le Seigneur le conſervera, il le fera vivre, le rendra heureux ſur la terre, & ne l'abandonnera pas à la paſſion de ſes ennemis.

Le Seigneur le ſoutiendra ſur ſon lit de douleur : vous remuerez vous-même toute ſa couche dans ſa maladie.

Pour moi, j'ai dit : Seigneur, ayez pitié de moi ; guériſſez mon ame, car j'ai péché contre vous.

Mes ennemis ſont des imprécations contre moi : quand mourra-t-il, & quand périra la mémoire de ſon nom?

Et ſi quelqu'un d'eux vient me voir, il me tient des diſcours trompeurs : ſon cœur médite une nouvelle méchanceté.

Si-tôt qu'il eſt ſorti dehors, il la fait paroître par ſes paroles.

Tous ceux qui me haiſſent, s'excitent à murmurer contre moi, ils forment contre moi un mauvais deſſein.

Ils diſent : Le poids de l'iniquité le preſſe terri-

Dominus.

Dominus conſervet eum & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra : & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus : univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus.

Ego dixi : Domine, miſerere meî ; ſana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi : quando morietur, & peribit nomen ejus ?

Et ſi ingrediebatur ut videret, vana loquebatur ; cor ejus congregavit iniquitatem ſibi.

Egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum.

Adversùm me ſuſurrabant omnes inimici mei : adversùm me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum conſtituerunt adver-

sùm me : numquid qui dormit : non adjiciet ut resurgat.

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos ; magnificavit super me supplantationem.

Tu autem, Domine, miserere meî & resuscita me ; & retribuam eis.

In hoc cognovi quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti ; & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israël à sæculo, & usque in sæculum ; fiat, fiat.

Ant. Adversùm me susurrabant omnes inimici mei : verbum iniquum constituerunt adversũ me.

℣. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi : ℟. Ego autem orabam.

blement ; le voilà abattu, il ne s'en relevera pas.

L'homme même avec lequel je vivois en union, en qui j'avois confiance, & qui mangeoit mon pain, a fait éclater en moi sa trahison.

Mais vous, Seigneur, ayez pitié de moi, & me relevez : & je leur rendrai ce qu'ils méritent.

C'est maintenant que je reconnois que vous me chérissez, puisque mon ennemi ne triomphera pas à mon sujet.

Car pour moi, vous m'avez soutenu dans mon innocence, & vous m'établirez pour jamais en votre présence.

Que le Seigneur, le Dieu d'Israël soit béni dans tous les siécles : ainsi soit-il, ainsi soit-il.

Ant. Tous mes ennemis conspirent pour ma perte, & ils employent la calomnie contre moi.

℣. Ils me déchirent par leurs calomnies au lieu de m'aimer. ℟. Mais moi je prie pour eux.

Quatriéme Leçon.

Sermon de saint Jean Chrysostome.

EN ce jour, mes très-chers Freres, Jesus-Christ Notre-Seigneur a été livré pour nous ; car les Juifs s'étant saisis de lui, s'assemblerent le soir du même jour : Mais cependant ne vous attristez pas, entendant dire que Jesus-Christ a été livré ; ou plûtôt, attristez-vous & pleurez amerement, non pas sur celui qui a été livré, mais sur le traître Judas. Car celui qui a été trahi a sauvé le monde, & le traître qui l'a livré a perdu son ame. Celui qui a été trahi est assis dans le ciel à la droite de son Pere, & celui qui l'a livré est maintenant dans les enfers, souffrant un supplice éternel : Pleurez & gémissez sur lui, répandez des larmes à son occasion, puisque Jesus-Christ en a répandu. Car il est dit, Jesus l'ayant apperçu, il se troubla, & dit : L'un de vous me trahira.

℟. Lorsque Jesus eut trempé du pain, il le donna à Judas Iscariote, fils de

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

HOdie, dilectissimi fratres, Dominus noster Jesus Christus traditus est: hujus namque diei vesperâ Judæi, illo comprehenso, abierunt. Verùm ne contristeris audiens Christum proditum esse: imò potiùs contristare, , & acerbè luge non proditum, sed proditorem Judam. Etenim qui proditus est, mundum salvum fecit ; proditor verò animam suam perdidit. Qui proditus est, ad dexteram Patris sedet in cœlis : proditor in inferno nunc est, inevitabile ferens supplicium. Hujus causâ luge & ingemisce : hujus causâ lacrymare, ejus quippe causâ flevit Christus. Nam cùm vidisset eum, inquit, turbatus est, & dixit : Unus ex vobis tradet me.

℟. Jesus cùm intinxisset panem, dedit Judæ Simonis Isca-

riotæ : & poſt buccellam introivit in eum ſatanas. ℣. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum. Poſt buccellã. ceau qu'il en eut pris, Satan s'empara de lui.

Simon : Au premier morceau qu'il en eut pris, Satan s'empara de lui. ℣. Que leur table devienne pour eux comme un filet, un ſujet de ſcandale & une punition : Au premier mor-

Cinquiéme Leçon.

ERat olim Paſcha Judaïcum, ſed nunc ſolutum eſt, advenitque ſpirituale Paſcha, quòd tradidit Chriſtus. Illis enim manducantibus ac bibentibus, inquit, accipiens panem, fregit & dixit : Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum. Sciunt ii qui initiati ſunt, illa quæ dicuntur. Et rurſus calicem, dicens : Hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Aderat Judas, hæc Chriſto dicente. Hoc eſt corpus quod vendidiſti, Juda, triginta argenteis, pro quo nuper pacta impudenter inibas cum improbis Phariſæis.

IL y avoit autrefois une Pâque Judaïque, mais elle eſt abolie ; & il y a à la place une Pâque ſpirituelle, établie par JESUS-CHRIST. Car il eſt dit que Jeſus-Chriſt mangeant & buvant avec ſes Apôtres, prit du pain, le rompit & dit : Ceci eſt mon Corps, qui ſera livré pour vous pour la rémiſſion des péchés : Ceux qui ſont initiés dans nos myſtéres, comprennent les paroles. Enſuite Jeſus-Chriſt prit le Calice, & dit : Ceci eſt mon ſang, qui ſera répandu pour pluſieurs, pour la rémiſſion des péchés. Judas étoit préſent lorſque Jeſus-Chriſt dit ces paroles. C'eſt le même Corps, Judas, que tu as vendu trente piéces d'argent, & pour lequel tu fis dernierement, avec des Phariſiens ſcélerats, un indigne marché. O bonté inef-

fable de Jesus-Christ ! O folie & frénesie de Judas ! Judas vend Jesus-Christ trente deniers, & Jesus-Christ malgré cette perfidie ne refuse pas de donner à ce traître, pour la rémission de ses péchés, s'il en eût voulu profiter, ce même sang vendu si indignement. Judas étoit présent & participa au sacré Banquet ; & comme Jesus-Christ lui avoit lavé les pieds de même qu'aux autres Disciples, il participa aussi de même qu'eux à la sacrée Table, pour qu'il n'eût aucun prétexte d'iceux, s'il persévéroit dans sa malice ; car le Seigneur lui donna tout ce qui dépendoit de lui ; mais ce méchant persista dans son iniquité.

O Christi benignitatem ! O Judæ demẽtiam & insaniam ! ille namque vendidit illum triginta denariis : Christus verò posteà non recusavit hunc ipsum sanguinem venditum vendenti dare in remissionem peccatorum, si ipse voluisset. Aderat Judas, & sacræ mensæ particeps erat. Sicut enim pedes ejus lavit, ut & aliorum Discipulorum ; ita & sacræ mensæ particeps ille fuit, ut nullum excusationis locum haberet, si in nequitia perseveraret. Omnia enim quæ penes se erant, Dominus ei tribuerat & protulerat; ille verò in malo proposito mansit.

℟. Jesus ayant pris le pain, rendit graces; le rompit & le donna à ses Disciples, disant : ceci est mon Corps qui est donné pour vous : Faites ceci en mémoire de moi.

℟. Accepto Jesus pane, gratias egit, & fregit, & dedit Discipulis suis, dicens : Hoc est enim corpus meum quod pro vobis tradetur : Hoc facite in meam commemorationem.

℣. Lorsque vos enfans vous diront : Quel est ce

℣. Cum dixerint vobis filii vestri: Quæ

est ista religio? dicetis eis : Victima transitûs Domini est. Hoc facite.

culte religieux ? vous leur direz , c'est la victime du passage du Seigneur : Faites ceci.

Sixiéme Leçon.

SEd tẽpus demùm est ad terribilem hanc mensam accedendi. Omnes itaque accedamus cum congruenti temperantia ac vigilantia: Nullus ultrà Judas esto, nullus improbus , nullus veneno infectus , neque alia in ore versans, alia in mente retinens. Adest Christus ; & nunc is qui mensam illam apparavit , hic ipse hanc nunc exornat. Non enim homo est qui facit ut proposita efficiantur corpus & sanguis Christi ; sed ipse Christus qui pro nobis crucifixus est. Figuram implens stat sacerdos , verba illa proferens ; virtus autem & gratia Dei est. Hoc est corpus meũ inquit. Hoc verbum transformat ea quæ proposita sunt Ac quemadmodum vox

MAis il est tems afin que nous participions à ce rédoutable Banquet : Approchons - en donc tous avec les dispositions convenables ; qu'il n'y ait parmi nous nul Judas ; qu'il n'y ait aucun méchant , qu'il n'y ait personne souillé de péché , ou qui ait l'esprit & le cœur attaché à la terre. Jesus-Christ est ici : & Dieu a institué ce Banquet & le prépare en ce jour. Le changement des dons offerts au Corps & au Sang de Jesus-Christ , n'est pas l'ouvrage de l'homme, mais plûtôt de Jesus-Christ lui-même crucifié pour nous , dont le Prêtre est le Ministre , & qui le représente. Cela ne se fait que par la toute-puissance & la grace ineffable de Dieu. Jesus-Christ lui-même dit : *Ceci est mon Corps* , dès-la ces paroles acquerent la force de transformer les dons. De même que ces autres paroles : *Croissez & multipliez & remplissez la ter-*

ce ; une fois prononcées eurent la force & la puiſſance de perpétuer la nature humaine ; de même ces paroles : *Ceci eſt mon Corps*, une fois prononcées par Jeſus-Chriſt, renouvelle ſon ſacrifice ſur nos Autels depuis ſon établiſſement & juſqu'à la fin des ſiécles.

illa, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, ſemel quidem prolata eſt, omni verò tempore naturæ noſtræ vim præbet ad filiorum procreationem : ita & vox hæc ſemel prolata in eccleſiis ad unam quamque menſam, ab illo ad hodiernum uſque tempus, & uſque ad adventum ejus, ſacrificium perfectum efficit.

℟. Jeſus ayant pris le Calice, rendit graces, & le donna à ſes Diſciples, qui en burent tous : Et Jeſus dit : Ceci eſt mon ſang de la nouvelle alliance qui ſera répandu pour pluſieurs.

℟. Accepto Jeſus calice gratias agens dedit eis ; & biberunt ex illo omnes. Et ait Jeſus : Hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur.

℣. Moyſe répandit ſur le peuple le ſang des victimes, & dit : Ceci eſt le ſang de l'alliance que Dieu a faite avec vous. Et Jeſus dit, &c.

℣. Moyſes ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait : Hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiſcum. Et ait Jeſus : Hic eſt.

AU TROISIE'ME NOCTURNE.

PSEAUME 54.

ECoutez ma priere, ô Dieu, & ne rejettez pas mon humble ſupplique : ayez quelque attention pour moi, & m'exaucez.

EXaudi, Deus, orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam : intende mihi, & exaudi me.

Je pouſſe des plaintes

Contriſtatus ſum in

exercitatione mea, & conturbatus ſum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Quoniam declinaverunt in me iniquitates; & in ira moleſti erant mihi.

Cor meum conturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me.

Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ.

Et dixi: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?

Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine.

Expectabam eum qui ſalvum me fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate.

Præcipita, Domine, divide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate.

Die ac nocte circundabit eam ſuper

dans l'inquiétude où je ſuis; & je me trouble à la voix menaçante de l'ennemi, à la vûe de l'impie qui me preſſe.

Car ils m'impoſent de faux crimes, & ils me perſécutent avec fureur.

Mon cœur reſſent une douleur qui me pénétre juſqu'au fond de l'ame; & les frayeurs de la mort m'ont ſaiſi.

La crainte & le tremblement m'ont ſurpris; & une horreur mortelle m'accable.

En cet état j'ai dit: Qui me donnera des aîles de colombe, pour m'envoler & trouver mon repos?

Je fuirois bien loin, & je me retirerois dans la ſolitude.

Je me hâterois de me ſauver au plûtôt d'un vent ſi furieux, & de la tempête.

Seigneur, détruiſez-les, diviſez leurs langues; car je ne vois que violences & emportemens dans la ville.

C'eſt ce qui régne jour & nuit juſques ſur ſes mu-

railles, & au-dedans elle eſt pleine d'iniquité & d'injuſtice.

Le crime domine, l'uſure & la fraude s'exercent continuellement dans ſes places.

Encore ſi ç'eût été mon ennemi qui m'eût outragé, ie l'aurois ſouffert;

Et ſi celui qui me porte de la haine, eût parlé contre moi avec inſolence, j'aurois pû me cacher de lui.

Mais c'eſt vous que j'égalois à moi-même, & qui étiez le chef de mon conſeil, & mon confident.

Nous nous entretenions à cœur ouvert des affaires les plus ſecretes: nous allions de compagnie à la maiſon du Seigneur.

Que la mort vienne les ſaiſir, qu'ils deſcendent en enfer tous vivans

Car il n'y a que méchanceté dans leurs demeures, & dans le fond de leur cœur.

Pour moi, j'adreſſerai mes cris vers Dieu; & le Seigneur me ſauvera.

Le ſoir, le matin, & à midi je repréſenterai l'état

muros ejus iniquitas; & labor in medio ejus, & injuſtitia.

Et non defecit de plateis ejus: uſura & dolus.

Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem utique;

Et ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet; abſcondiſſem me forſitan ab eo.

Tu verò, homo unanimis: dux meus & notus meus.

Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ãbulavimus cum conſenſu.

Veniat mors ſuper illos: & deſcendant in infernum viventes.

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorũ: in medio eorum.

Ego autem ad Deũ clamavi: & Dominus ſalvabit me.

Veſperè, & manè, & meridiè narrabo &

annuntiabo : & exaudiet vocem meam.

Redimet in pace animam meam ab his qui appropiquant mihi : quoniam inter multos erant mecum.

Exaudiet Deus, & humiliabit illos : qui est ante sæcula.

Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum extendit manum suam in retribuendo.

Contaminaverunt testamentum ejus, divisi sunt ab ira vultus ejus : & appropinquavit cor illum.

Molliti sunt sermones ejus super oleum : & ipsi sunt jacula.

Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet : non dabit in æternum fluctuationem justo.

Tu verò, Deus; deduces eos in puteum interitus.

Viri sanguinũ & dolosi non dimidiabunt dies suos : ego autem

de mon ame ; je le prierai, & il écoutera ma voix.

Il mettra mon ame en paix, en me délivrant de ceux qui m'attaquent ; car ils sont en grand nombre contre moi.

Dieu m'exaucera & les humiliera ; lui qui subsiste avant tous les siécles.

Car leur malice ne change point, ils ne craignent point Dieu : le méchant a porté sa main contre ceux qui vivoient en paix avec lui.

Il a violé l'alliance qu'il avoit jurée : il avoit dans ses discours la douceur du lait, & la guerre dans son cœur.

Ses paroles sont plus insinuantes que l'huile, & elles percent comme des dards.

Déchargez-vous sur le Seigneur de toutes vos inquiétudes, & il vous soulagera : il ne permettra pas que le juste soit éternellement agité.

Mais pour les autres, ô Dieu, vous les précipiterez dans le puits de l'abîme.

Les hommes sanguinaires & trompeurs n'iront point à la moitié de leur

âge : pour moi, j'eſpérerai en vous, Seigneur.

Ant. Mon cœur a été troublé intérieurement, & la crainte de la mort s'eſt emparée de moi.

ſperabo in te, Domine.

Ant. Cor meum conturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me.

PSEAUME 55.

O Dieu, ayez pitié de moi ; car l'homme cherche à me dévorer ; il m'opprime en me faiſant une guerre continuelle.

Mes ennemis ſont toujours prêts de me dévorer ; & le nombre de ceux qui me font la guerre, eſt grand, ô Très-haut.

Dans le tems même que j'aurai le plus à craindre, j'eſpérerai en vous.

Je me glorifierai en Dieu de la fermeté de ſa parole ; j'eſpérerai en Dieu, je ne craindrai point ce que la chair pourra me faire.

Tous les jours ils empoiſonnent mes paroles ; toutes leurs penſées ne tendent qu'à me faire du mal.

Ils s'aſſemblent, ils ſe cachent ; ils épient tous mes pas, ils cherchent à m'ôter la vie.

L'iniquité leur donnera-t'elle quelque moyen d'échaper de vos mains ? ren-

MIſerere meî, Deus, quoniam conculcavit me homo : totâ die impugnans tribulavit me.

Conculcaverunt me inimici mei totâ die, quoniam multi bellantes adversùm me.

Ab altitudine diei timebo ; ego verò in te ſperabo.

In Deo laudabo ſermones meos, in Deo ſperavi : non timebo quid faciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabantur : adversùm me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt & abſcondent : ipſi calcaneum meum obſervabunt.

Sicut ſuſtinuerunt animam meam, pro nihilo ſalvos facies

illos : in ira populos confringes.

Deus, vitam meam annuntiavi tibi : posuisti lacrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua.

Tunc convertentur inimici mei retrorsum, in quacumque die invocavero te.

Ecce cognovi; quoniam Deus meus es.

[In Deo laudabo verbum : in Domino laudabo sermonem.

In Deo speravi : non timebo quid faciat mihi homo.]

In me sunt, Deus, vota tua, quæ reddam laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu ; ut placeam coram Deo in lumine viventium.

Ant. Sustinuerunt animam meam : posuisti lacrymas meas

verſez ces peuples dans votre colére.

O Dieu, vous ſçavez le détail de ma vie ; mettez mes larmes dans un vaſe, pour les avoir en votre préſence : ne ſont-elles pas dans votre livre ?

Que mes ennemis ſoient renverſés pendant que je vous invoque.

C'eſt à cette marque que je reconnoîtrai que Dieu eſt pour moi.

Je me glorifierai en Dieu de ſa parole : je me glorifierai dans le Seigneur de ſa promeſſe.

Je ne craindrai point ce que l'homme peut me faire.

Je m'acquitterai, ô Dieu, des vœux que j'ai faits : je vous rendrai des actions de grace.

Car vous retirerez mon ame de la mort, & vous garantirez mes pieds de la chute, afin que je marche en la préſence de Dieu dans la lumiére des vivans.

Ant. Ils ont cherché à me perdre ; mais vous, ô mon Dieu, vous avez

fait attention à mes larmes.

in conſpectu tuo, Domine.

PSEAUME 108.

O Dieu, qui êtes l'objet de mes louanges, ne demeurez pas dans le ſilence ; car la bouche de l'impie & la bouche du trompeur ſont ouverts contre moi.

DEus, laudē meā ne tacueris; quia os peccatoris, & os doloſi ſuper mē apertum eſt.

Ils m'ont parlé avec une langue pleine de fourberie : ils m'attaquent de tous côtés par des paroles d'aigreur : & ils m'ont déclaré la guerre ſans ſujet.

Locuti ſunt adversùm me linguâ doloſâ, & ſermonibus odii circumdederunt me, & expugnaverunt me gratis.

Pour répondre à l'amitié que je leur porte, ils s'occupent à me perſécuter : & moi je n'ai point d'autre reſſource que la priere.

Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi; ego autem orabam.

Ainſi ils m'ont rendu le mal pour le bien, & de la haine pour mon amour.

Et poſuerunt adversùm me mala pro bonis; & odium pro dilectione mea.

DOnnez au méchant tout pouvoir ſur lui, & que ſatan ſe tienne à ſa droite.

COnſtitue (Domine) ſuper eum peccatorem; & diabolus ſtet à dextris ejus.

Lorſqu'il ſera jugé, qu'il ſorte condamné ; que ſa priere même lui tourne à péché.

Cùm judicatur, exeat condemnatus; & oratio ejus fiat in peccatum.

Que ſes jours ſoient abrégés, & qu'un autre occupe ſa place dans le mimyſtére.

Fiant dies ejus pauci; & epiſcopatum ejus accipiat alter.

Fiant filii ejus orphani ; & uxor ejus vidua.

Nutantes transferantur filii ejus , & mendicent ; & ejiciantur de habitationibus suis.

Scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus ; & diripiant alieni labores ejus.

Non sit illi adjutor ; nec sit qui misereatur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in interitum : in generatione una deleatur nomen ejus.

In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini ; & peccatum matris ejus non deleatur.

Fiant contra Dominum semper ; & dispereat de terra memoria eorum.

Pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam ; [& persecutus est hominem inopem & men-

Que ses enfans deviennent orphélins , & sa femme veuve.

Que sans sçavoir où s'arrêter , ses enfans aillent mandier , & qu'ils soient même obligés de sortir de leurs maisons désolées.

Que l'usurier le dépouille de tout ce qu'il a , & que les étrangers lui ravissent ce qui lui a tant coûté à acquérir.

Qu'il ne se trouve personne pour l'assister , & qui ait pitié de ses enfans orphelins.

Que sa postérité soit détruite , & que son nom soit éteint à la premiére génération.

Que le souvenir de l'iniquité de ses peres soit rapellé en la présence du Seigneur , & que le péché de sa mere ne soit jamais effacé.

Que leurs crimes soient toujours aux yeux du Seigneur , & que leur mémoire soit exterminée de dessus la terre.

Parce que cet homme ne s'est pas souvenu de faire miséricorde , il a poursuivi un homme pauvre & indigent , un homme qui a-

voit la componction dans le cœur, pour le faire mourir.

Comme il a aimé la malédiction, elle tombera sur lui; il a rejetté la bénédiction, & elle s'éloignera de lui.

Il s'est enveloppé de la malédiction comme de son vêtement, & elle a pénétré comme l'eau dans ses entrailles, & comme l'huile jusques dans ses os.

Qu'elle devienne pour lui comme un vêtement dont il soit toujours couvert, & que sans cesse elle le serre comme sa ceinture.

Voilà le traitement que doivent attendre du Seigneur ceux qui me persécutent, & ceux qui parlent pour m'ôter la vie.

Mais vous, Seigneur, mon Dieu, agissez en ma faveur pour la gloire de votre nom: puisque votre miséricorde est pleine de douceur.

Délivrez-moi, car je suis pauvre & indigent, & mon cœur est percé jusqu'au fond de mes entrailles.

Je passe comme l'ombre qui s'abaisse: & je me jet-

dicum, & compunctum corde mortificare.]

Et dilexit maledictionem & veniet ei; & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut vestimẽtum; & intravit sicut aqua in interiora ejus, & sicut oleum in ossibus ejus.

Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: & sicut zona quâ semper præcingitur.

Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum, & qui loquuntur mala adversùs animã meã.

Et tu, Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua.

Libera me, quia egenus & pauper ego sum; & cor meum conturbatum est intrà me.

Sicut umbra, cùm declinat, ablatus sum;

& excuſſus ſum ſicut locuſtæ.

Genua mea infirmata ſunt à jejunio ; & caro mea immutata eſt propter oleũ.

Et ego factus ſum opprobrium illis : viderunt me, & moverunt capita ſua.

Adjuva me, Domine, Deus meus : ſalvum me fac ſecundùm miſericordiam tuam.

Et ſciant quia manus tua hæc ; & tu, Domine, feciſti eam.

Maledicent illi, & tu benedices : qui inſurgunt in me, confundantur; ſervus autem tuus lætabitur.

Induantur, qui detrahunt mihi, pudore ; & operiantur ſicut diploïde confuſione ſuâ.

Confitebor Domino nimis in ore meo; & in medio multorũ laudabo eum.

Quia aſtitit à dexte de part & d'autre comme la ſauterelle.

Mes genoux ſont affoiblis de jeûne, & ma chair eſt toute changée depuis que j'ai perdu l'uſage de l'huile.

Je ſuis même devenu pour eux un ſpectacle de mocquerie : ils me voient, & ſecouent la tête.

Seigneur, mon Dieu ſecourez-moi, ſauvez-moi ſelon votre miſéricorde.

Et qu'ils ſçachent que c'eſt ici votre main ; que c'eſt vous, Seigneur, qui faites ces choſes.

De leur côté ils maudiront, mais vous bénirez : ils s'éleveront avec hauteur, & votre ſerviteur ſera dans la joye.

Que ceux qui me perſécutent ſoient revétus d'infamie, & qu'ils ſoient couverts de leur confuſion comme d'un double manteau.

Je rendrai graces au Seigneur de toute l'étendue de ma voix, & je chanterai ſes louanges au milieu d'une grande aſſemblée ;

Parce qu'il s'eſt tenu à la

droite du pauvre, pour sauver son ame des mains de ceux qui le condamnent.

Ant. O mon Dieu, délivrez-moi, car je suis pauvre, & mon cœur est dans une agitation intérieure.

℣. Les couleurs de la mort m'ont environné.

℟. Et les torrens de l'iniquité m'ont troublé.

tris pauperis, ut salvam faceret à persequentibus animā meā.

Ant. Libera me, quia pauper ego sum, & cor meum conturbatum est intrà me.

℣. Circumdederunt me dolores mortis.

℟. Et torrentes iniquitatis conturbaverunt me.

Septiéme Leçon.

De l'Epître I. de l'Apôtre Saint Paul aux Corinthiens.

℣. Et ne nous laissez pas tomber en tentation. ℟. Mais délivrez-nous du mal.

℣. Et ne nos inducas in tentationē. ℟. Sed libera nos à malo.

Le Célébrant la main étendue sur le pain & sur le vin dit :

Bénissez, Seigneur, ces présens qui nous sont venus de votre pure libéralité, & qui vont nous servir de nourriture; Par Notre-Seigneur Jesus-Christ. ℟. Ainsi soit-il.

Benedic, Domine, dona tua, quæ de tua largitate sumus sumpturi ; Per Christum. ℟. Amen.

Le Lecteur à genoux, demande la bénédiction au Célébrant, en disant :

Donnez-moi, mon Pere, votre bénédiction.

Jube, Domne, benedicere.

Le Célébrant répond :

Que le Roi de l'éternelle gloire nous conduise au sacré banquet de la vie éternelle. ℟. Ainsi soit-il.

Ad cœnam perpetuæ vitæ perducat nos Rex æternæ gloriæ. ℟. Amen.

Enſuite on lit tout haut le diſcours de N. S. après la Cene, en ſaint Jean c. 13. v. 16.

A l'heure ordinaire on dit les Complies comme hier, p. 96. *Enſuite on fait le lavement des Autels.*

A LA MESSE.

A ROME.

Introït, Nos autem gloriari oportet, &c. *p.* 119. Gloria in excelſis, &c. *p.* 287.

COLLECTE.

DEus, à quo & Judas reatûs ſui pœnam, & confeſſionis ſuæ Latro præmium ſumpſit; concede nobis tuæ propitiationis effectum, ut ſicut in Paſſione ſua Jeſus Chriſtus Dominus noſter diverſa utriuſque intulit ſtipendia meritorum, ita nobis ablato veteſtatis errore, reſurrectionis ſuæ gratiã largiatur. Qui tecum vivit & regnat.

O Dieu, de qui Judas a reçu la punition de ſon péché, & le Larron, la récompenſe de ſa confeſſion; faites-nous reſſentir l'effet de votre miſéricorde, afin que comme Notre-Seigneur Jeſus-Chriſt a traité dans ſa paſſion l'un & l'autre ſelon leur mérite, il détruiſe tout ce que nous avons du vieil homme, & nous faſſe la grace d'avoir part à ſa réſurrection glorieuſe: Lui qui étant Dieu, vit & régne avec vous, &c.

L'Epître, p. 288.

GRADUEL.

CHriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mor-

JEſus-Chriſt s'eſt humilié pour l'amour de nous, & a été obéiſſant juſqu'à la

mort de la croix. ℣. En récompense de quoi Dieu l'a élevé, & lui a donné un nom qui est au-dessus de tout nom.

tem, mortem autem crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

L'Evangile, p. 290.

Credo in unum Deum, &c. *p.* 59.

OFFERTOIRE.

LA droite du Seigneur a signalé sa force & sa puissance; la droite du Seigneur a agi glorieusement & hautement pour moi. Je ne mourrai point, mais je vivrai pour raconter les œuvres de Dieu.

DExtera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me: non moriar; sed vivam, & narrabo opera Domini.

La Secrete, p. 293.

La Préface, p. 61.

Sanctus, Sanctus, &c. *avec le commencement du Canon*, p. 63.

Le reste au Canon de l'Ordinaire de la Messe, excepté qu'on ne donne pas la paix.

COMMUNION.

NOtre-Seigneur Jesus après avoir soupé avec ses Disciples, lava leurs pieds, & leur dit: Vous sçavez ce que je viens de vous faire, moi qui suis votre Seigneur & votre Maître. Je vous ai donné l'exemple, afin que vous fassiez aussi de même.

DOminus Jesus postquam cœnavit cum Discipulis suis, lavit pedes eorum, & ait illis: Scitis quid fecerim vobis, ego Dominus & Magister Exemplum dedi vobis ut & vos ita faciatis.

POSTCOMMUNION.

FAites, Seigneur notre Dieu, qu'étant nourris de cette nourriture qui don-

REfecti vitalibus alimentis, quæsumus Domine, Deus

noſter, ut quod tempore noſtræ mortalitatis exequimur : immortalitatis tuæ munere cõſequamur. Per Dominum.

ne la vie à nos ames, nous recevions par vôtre grace dans l'éternité, ce que nous recevons dans le tems de notre vie mortelle. Par Notre-Seigneur.

Le Prêtre officiant porte au repoſoir l'Hoſtie conſacrée pour le lendemain ; & on chante à la Proceſſion l'Hymne ſuivante.

PAnge, lingua, glorioſi Corporis myſterium, Sanguiniſque pretioſi, Quem in mundi pretium, Fructus ventris generoſi Rex effudit gentium.

QUe notre langue chante le myſtére du Corps glorieux & du précieux Sang, que Jeſus Roi de l'Univers, & Fils d'une Vierge de race Royale, a répandu pour la rançon des hommes.

Nobis datus, nobis natus, Ex intacta Virgine, Et in mundo converſatus, Sparſo verbi ſemine, Sui moras incolatus, Miro clauſit ordine.

Nous ayant été donné, & étant né pour nous d'une Vierge pure & ſans tache, & ayant vécu dans le monde où il répandit la ſemence de ſa parole divine, il termina par un ordre admirable la demeure qu'il a faite parmi nous.

In ſupremæ nocte cœnæ, recumbens cum fratribus. Obſervatâ lege plenè, Cibis in legalibus, Cibum turbæ duodenæ. Se dat ſuis manibus.

La nuit de ſa derniere Céne, étant à table avec ſes Diſciples, ayant entierement accompli la Loi, en mangeant les viandes qu'elle ordonnoit, il ſe donna de ſes propres mains en nourriture à ſes douze Apôtres.

Verbum caro, panem verum, Verbo carnem effcit ; Fit-

Le Verbe incarné change, par l'efficace de ſa parole, le pain en ſon Corps, & le

vin en ſon Sang. Si nos ſens n'y comprennent rien pour affermir un cœur ſincére, la ſeule foi ſuffit.

Adorons donc avec humilité un ſi auguſte Sacrement : que les ombres de l'ancienne Loi cédent à ce nouveau Myſtére, & qu'une foi vive & lumineuſe ſupplée au défaut de nos ſens.

Gloire, louange, ſalut, honneur, force & bénédiction au Pere, & au Fils, & qu'une pareille gloire ſoit rendue au Saint-Eſprit, qui procéde de l'un & de l'autre. Ainſi ſoit-il.

que ſanguis Chriſti merum : Et ſi ſenſus deficit, Ad firmandum cor ſincerum, Sola fides ſufficit.

Tantùm ergo Sacramentum, Veneremur cernui : Et antiquum documentum Novo cedat ritui ; Præſtet fides ſupplementum Senſuum defectui.

Genitori, genitoque, Laus & jubilatio, Salus, honor, virtus quoque Sit & benedictio; Procedenti ab utroque, Compar ſit laudatio. Amen.

Pendant que le Prêtre dépouille les Autels on dit ce qui ſuit.

Ils ont partagé entr'eux mes vêtemens, & ils ont jetté le ſort ſur ma robbe.

Diviſerunt ſibi veſtimenta mea : & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

PSEAUME 21.

MOn Dieu, mon Dieu, jettez les yeux ſur moi : pourquoi m'avez-vous abandonné ? les péchés dont je ſuis chargé, éloignent de moi votre ſecours.

Mon Dieu, je crie pendant le jour, & vous ne m'écoutez point ; je crie

DEus, Deus meus reſpice in me : quare me dereliquiſti? longè à ſalute mea verba delictorũ meorum.

Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies ; & nocte,

& non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas ; laus Israël.

In te speraverunt patres nostri ; speraverunt , & liberasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt ; in te speraverunt , & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis , & non homo ; opprobrium , hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me , deriserunt me : locuti sunt labiis , & moverunt caput.

Speravit in Domino , eripiat eum; salvum faciat eum , quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre ; spes mea ab uberibus matris meæ :

In te projectus sum ex utero : de ventre matris meæ Deus

pendant la nuit, & vous demeurez dans le silence.

Vous demeurez dans un sanctuaire inviolable , vous qui êtes l'objet des louanges d'Israël.

Nos peres ont esperé , en vous : ils ont esperé , & vous les avez sauvés.

Ils ont crié vers vous , & ils ont été délivrés : ils ont mis leur espérance en vous , & ils n'ont point été confondus.

Mais pour moi je suis comme un ver de terre, & moins qu'un homme ; je suis l'opprobre des mortels, & le mépris du peuple.

Tous ceux qui me voient se rient de moi : ils me font l'objet de leurs mocqueries, & ils secouent la tête.

Il a mis sa confiance au Seigneur , que le Seigneur le délivre ; qu'il le sauve puisqu'il a mis en lui son affection.

Oui , c'est vous qui m'avez tiré du sein de ma mere : vous m'avez rempli de confiance dès que j'ai sucé ses mammelles.

J'ai été jetté entre vos bras dès que je suis sorti de ses entrailles;vous êtes mon

Dieu dès le ventre de ma mere.

Mon Dieu, ne vous éloignez point de moi; car l'affliction me presse, & il n'y a personne pour me secourir.

Un grand nombre de jeunes taureaux m'ont environné, des taureaux gras & forts m'ont assiégé.

Ils ont ouvert la bouche pour me dévorer, comme des lions ravissans & rugissans.

Je suis sans force comme l'eau qui se répand, & tous mes os se sont disloqués.

Mon cœur est devenu comme la cire, il s'est fondu au milieu de mes entrailles.

Ma vigueur s'est desséchée comme l'argile cuite au feu, ma langue s'est attachée à mon palais; & vous m'avez réduit à la poussiere de la mort.

Car une troupe de chiens m'a environné de toutes parts; l'assemblée des méchans m'a enveloppé.

Ils ont percé mes mains & mes pieds, je pourrois compter tous mes os.

meus es tu.

(Deus meus), ne discesseris à me; quoniam tribulatio proxima est; quoniam non est qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsédérunt me.

Aperuerunt super me os suum; sicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum; & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquescens: in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis; & in pulverē mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipſi verò conſideraverunt & inſpexerunt me : diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meã miſerunt ſortem.

Pour eux ils m'ont conſideré en cet état, & m'ont regardé avec mépris : ils ont partagé entr'eux mes vêtemens, & ils ont jetté ma robbe au ſort.

Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum à me: ad defenſionẽ meam conſpice.

Mais vous, Seigneur, ne vous éloignez pas de moi ; vous qui êtes ma force, hâtez-vous de me ſecourir.

Erue à framea, Deus animã meam; & de manu canis unicam meam.

Mon Dieu, délivrez mon ame de l'épée, délivrez de la puiſſance du chien mon ame qui eſt ſeule & abandonnée.

Salva me ex ore leonis ; & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Sauvez-moi de la gueule du lion, & ſoutenez ma foibleſſe contre les attaques des licornes.

Narrabo nomen tuũ fratribus meis : in medio eccleſiæ laudabo te.

J'annoncerai votre nom à mes freres, je vous louerai au milieu d'une grande aſſemblée.

Qui timetis Dominum, laudate eum : univerſum ſemen Jacob, glorificate eum.

Louez le Seigneur, vous qui le craignez, glorifiez-le, vous tous qui êtes les deſcendans de Jacob.

Timeat eum omne ſemen Iſraël ; quoniam non ſprevit neque deſpexit deprecationem pauperis.

Que toute la race d'Iſraël ſoit pénétrée de crainte & de reſpect envers lui ; parce qu'il n'a point mépriſé, ni rejetté l'humble ſuppli-que du pauvre.

Nec avertit faciem ſuam à me ; & cùm clamarem ad eum,

Il n'a point détourné de moi ſon viſage, il m'a éxaucé lorſque j'ai crié vers

lui.

Vos graces feront le sujet de mes louanges dans une Eglise nombreuse : je rendrai mes vœux au Seigneur en présence de ceux qui le craignent.

Les pauvres mangeront & seront rassasiés : ceux qui cherchent le Seigneur le loueront, & leurs cœurs vivront dans toute l'éternité.

Tous les peuples jusqu'aux extrémités du monde, se ressouviendront du Seigneur, & se convertiront à lui.

Et toutes les tribus des nations se prosterneront devant lui pour l'adorer.

Car c'est au Seigneur qu'il appartient de regner, c'est lui qui regnera sur les nations.

Tous les riches de la terre mangeront & l'adoreront : ils s'humilieront jusques dans la poussiere.

Et mon ame vivra pour lui, & ma race le servira.

Elle sera comptée pour appartenir au Seigneur dans toute la suite des tems ; des

exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna : vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes & saturabuntur ; & laudabunt Dominum qui requirunt eum : vivent corda eorum in sæculum sæculi.

Reminiscentur, & convertentur ad Dominum, universi fines terræ,

Et adorabunt in conspectu ejus, universæ familiæ gentium.

Quoniam Domini est regnum ; & ipse dominabitur gentiũ.

Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terræ : in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet; & semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura; & annuntiabunt

cœli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

hommes viendront annoncer sa justice au peuple qui naîtra & qui sera son ouvrage.

A VESPRES.

Ant. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.

Ant. Je prendrai le calice du salut, & j'invoquerai le nom du Seigneur.

Le Ps. Credidi, propter quod, &c. *p.* 298.

Ant. Cum his qui oderant pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratìs.

Ant. Je gardois un esprit de paix avec ceux qui haïssoient la paix, lorsque je leur parlois, ils me persécutoient sans sujet.

Le Ps. Ad Dominum cum tribularer, &c. *p.* 299.

Ant. Ab hominibus iniquis libera me, Domine.

Ant. Seigneur, délivrez-moi des hommes injustes.

PSEAUME 139.

ERipe me, Domine; ab homine malo; à viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde: totâ die constituebant prælia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum aspidũ sub labiis eorum.

Custodi me, Domi-

SEigneur, défendez-moi contre la malice des hommes: délivrez-moi des hommes injustes.

Ils forment dans leur cœur de mauvais desseins: ils me font la guerre durant tout le jour.

Ils aiguisent leur langue comme celle d'un serpent: ils ont sur les lévres un venin d'aspic.

Préservez-moi, Seigneur,

de la main du méchant ; & garantiſſez-moi des hommes injuſtes.

Ils ne penſeront qu'à me faire tomber : & ces ſuperbes m'ont dreſſé des piéges.

Ils ont tendu des filets ſur mon chemin ; & ils m'y ont préparé des embûches.

J'ai dit au Seigneur : Vous êtes mon Dieu : Seigneur, exaucez la voix de ma priere.

Seigneur, vous qui êtes l'eſpérance de mon ſalut, vous avez couvert ma tête dans le jour du combat.

Seigneur, au lieu de m'accorder mes déſirs, ne me livrez pas aux pécheurs : ils machinent ma ruine, ne m'abandonnez pas, afin qu'ils n'ayent pas ſujet de s'en orgueillir.

Que leurs plus grands artifices, & leurs calomnies les mieux concertées, retombent ſur leurs têtes.

Des charbons ardens tomberont ſur eux; vous les précipiterez dans les flammes, ils ſuccomberont à leurs miſéres.

ne, de manu peccatoris : & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt ſupplantare greſſus meos : abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum: juxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.

Dixi Domino, Deus meus es tu ; exaudi Domine, vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine, virtus ſalutis meæ : obumbraſti ſuper caput meum in die belli.

Ne tradas me, Domine, à deſiderio meo peccatori : cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.

Caput circuitus eorum ; labor labiorum ipſorum operiet eos.

Cadent ſuper eos carbones, in ignem dejicies eos : in miſeriis non ſubſiſtent.

Vir linguosus non dirigetur in terra : virum injustum mala capient in interitu.

Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis : & vindictam pauperum.

Veruntamen justi confitebuntur nomini tuo : & habitabunt recti cum vultu tuo.

Ant. Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.

Le calomniateur ne réussira point sur la terre : & ceux qui vivent dans l'injustice, périront malheureusement.

Je sçai que le Seigneur fera justice aux misérables: & qu'il vengera les pauvres.

Mais les justes loueront votre nom : & ceux qui ont le cœur droit, jouiront de la vûe de votre visage.

Ant. Délivrez-moi des piéges que les méchans m'ont tendus, & des embuches qu'ils m'ont dressées.

PSEAUME 140.

DOmine, clamavi ad te exaudi me : intende voci meæ, cùm clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo : Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone, Domine, custodiam ori meo : & ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ : ad excusandas

SEigneur, j'ai crié vers vous, exaucez-moi : soyez attentif à ma voix lorsque je vous invoque.

Que ma priere s'éleve vers vous, comme la fumée de l'encens : que l'élévation de mes mains vous soit agréable comme le sacrifice du soir.

Mettez, Seigneur, une sure garde à ma bouche, & une porte de circonspection à mes lévres.

Ne permettez point que mon cœur se laisse aller à des paroles de malice, pour

chercher des excuſes à ſes péchés.

Délivrez-moi de la compagnie des méchans : & que je n'aye point de part dans leurs plaiſirs.

Le juſte me corrigera avec charité, & il me reprendra ſévérement : mais que le méchant ne répande point ſon parfum ſur ma tête.

J'offre ma priere à Dieu, afin que je ne leur devienne point ſemblable, en aimant ce qu'ils aiment : leurs juges ont été écraſés contre la pierre.

Ils ont entendu par mes paroles, que je pouvois leur nuire : comme les mottes d'une terre graſſe qui ſont répandues de côté & d'autre.

De même nos os ont été diſperſés proche du ſépulchre : Seigneur, Seigneur, j'ai élevé mes yeux vers vous, vous êtes mon unique eſpérance, ne leur abandonnez pas ma vie.

Délivrez-moi des piéges que les méchans m'ont tendus, & des embuches qu'ils m'ont dreſſées.

Les pécheurs tomberont

excuſationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem : & non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me : oleum autem peccatoris non impinguet caput meũ.

Quoniam adhuc & oratio mea ; in beneplacitis eorum : abſorpti ſunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea, quoniam potuerunt : ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram.

Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſicut infernũ : quia ad te, Domine, Domine, oculi mei ; in te ſperavi, non auferas animam meam.

Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi : & à ſcandalis operantium iniquitatem,

Cadent in retiaculo

ejus peccatores ; singulariter sum ego, donec transeam.

Ant. Considerabam ad dexteram, & videbam ; & non erat qui cognosceret me.

dans leurs propres filets, pendant que moi seul je passerai outre.

Ant. Je regardois à ma droite avec attention : & il n'y avoit personne qui me connût.

PSEAUME 141.

VOce meâ ad Dominum clamavi : voce meâ ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu ejus orationem meam : & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum : & tu cognovisti semitas meas.

In via hac qua ambulabam : absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, & videbam : & non erat qui cognosceret me.

Periit fuga à me : & non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te, Domine, dixi : Tu es spes mea, portio mea

J'Ai élevé ma voix vers le Seigneur : j'ai élevé vers lui ma voix & ma priere.

Je remets mon oraison devant ses yeux : & je lui expose toujours mes peines.

Pendant que mon esprit tomboit en défaillance, vous consideriez, Seigneur, toutes mes actions.

Mes ennemis m'ont tendu secrettement un piége, dans le chemin où je marchois.

Je regardois à ma droite avec attention ; & il n'y avoit personne qui me connût.

Je ne voyois aucune apparence d'échapper : & personne ne se mettoit en peine de me sauver la vie.

J'ai élevé ma voix vers vous, Seigneur, j'ai dit : vous êtes mon partage dans

la terre des vivans.

Rendez-vous attentif à ma priere : parce que je ſuis exceſſivement humilié.

Délivrez-moi de ceux qui me perſécutent : car leur force eſt plus grande que la mienne.

Retirez mon ame de priſon, afin que je béniſſe votre nom : les juſtes m'attendent juſqu'à ce que vous m'ayez ſauvé.

Ant. Jeſus ſoupant avec ſes Diſciples, prit du pain & le bénit, & l'ayant rompu il le leur donna.

in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis.

Libera me à perſequentibus me : quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animam meam, ad confitendum nomini tuo : me expectant juſti, donec retribuas.

Ant. Cœnantibus autem illis accepit Jeſus panem, & benedixit ac fregit, deditque Diſcipulis ſuis.

Magnificat, &c. *p.* 94.

℣. Chriſtus factus eſt, *au long.* Pater noſter, *tout bas.* Miſerere, *p.* 218. *& l'Oraiſon*, Reſpice, *p.* 200.

AU LAVEMENT DES PIEDS.

JE vous donne un commandement nouveau ; qui eſt de vous aimer les uns les autres, comme je vous ai aimés.

Pſ. Bienheureux ſont ceux dont la vie eſt pure & ſans tache, & qui réglent leurs

MAndatum novum do vobis ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos, dicit Dominus.

Pſalm. Beati immaculati in via : qui ambulant in lege Do-

mini.*

Ant. Poſtquam ſurrexit Dominus à cœna, miſit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes Diſcipulorum ſuorum, hoc exemplũ reliquit eis.

Pſalm. Magnus Dominus, & laudabilis nimis : in civitate Dei noſtri in monte ſancto ejus.

Ant. Dominus Jeſus, poſtquam cœnavit cum Diſcipulis ſuis, lavit pedes eorum, & ait illis : Scitis quid fecerim vobis, ego Dominus & magiſter? Exemplum dedi vobis, ut & vos ita faciatis.

Pſalm. Benedixiſti, Domine, terram tuã ; avertiſti captivitatem Jacob.

Ant. Domine, tu mihi lavas pedes? Reſpondit Jeſus, & dixit ei : Si non lavero tibi pedes, non habebis partem mecum.

℣. Venit ergo ad Simonem Petrum, &

actions ſelon la loi du Seigneur.

Ant. Après que Notre-Seigneur ſe fut levé de table, il mit de l'eau dans un baſſin & commença de laver les pieds de ſes Diſciples, à qui il donna cet exemple.

Pſeaume. Le Seigneur eſt grand, & infiniment louable : dans la ville de notre Dieu, & ſur ſa ſainte montagne.

Ant. Après que Notre-Seigneur Jeſus-Chriſt eut ſoupé avec ſes Diſciples, il leur lava les pieds, & il leur dit : Vous avez vû ce que je viens de faire pour vous, moi qui ſuis votre Seigneur & votre Maître. Je vous ai donné l'exemple, afin que vous faſſiez comme j'ai fait.

Pſ. Seigneur, vous avez béni votre terre : vous avez retiré Jacob de captivité.

Ant. Quoi, Seigneur, (*dit ſaint Pierre*,) vous me laveriez les pieds ? Jeſus lui répondit : Si je ne vous lave les pieds, vous n'aurez point de part avec moi.

℣. Jeſus vint à Simon ſurnommé Pierre : & Pier-

re lui dit :

℣. Vous ne ſçavez pas maintenant ce que je fais ; mais vous le ſçaurez après.

℣. Si j'ai lavé vos pieds moi qui ſuis votre Maître & votre Seigneur, à combien plus forte raiſon devez-vous vous laver les pieds les uns des autres.

Pſ. Peuples écoutez toutes mes paroles : vous tous qui habitez ſur la terre, prêtez l'oreille à ce que je dis.

Ant. Tout le monde connoîtra que vous êtes mes diſciples, ſi vous vous entr'aimez les uns les autres.

℣. Jeſus dit à ſes Diſciples.

Ant. Que ces trois choſes demeurent en vous, la foi, l'eſpérance & la charité : mais la charité eſt la plus grande.

℣. Maintenant ces trois vertus, la foi, l'eſpérance & la charité nous demeurent ; mais la charité eſt la plus grande.

Ant. Bénie ſoit la ſainte Trinité, & l'indiviſible unité de Dieu : nous le glo-

dixit ei Petrus.

Domine, tu mihi.

℣. Quod ego facio tu neſcis modo; ſcies autem poſteà.

Domine, tu mihi.

℣. Si ego Dominus & magiſter veſter lavi vobis pedes; quantò magìs vos debetis alter alterius lavare pedes ?

Pſalm. Audite hæc, omnes gentes : auribus percipite qui habitatis orbem.

Ant. In hoc cognoſcent omnes quia Diſcipuli mei eſtis; ſi dilectionem habueritis ad invicem.

℣. Dixit Jeſus Diſcipulis ſuis.

Ant. Maneant in vobis fides, ſpes, charitas, tria hæc: major autem horum eſt charitas.

℣. Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc : major autem horum eſt charitas.

Ant. Benedicta ſit ſancta Trinitas, atque indiviſa unitas :

confitemur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

℣. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto spiritu.

Ps. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Ant. Ubi charitas & amor, Deus ibi est.

℣. Congregavit nos in unum Christi amor.

℟. Exultemus, & in ipso jucundemur.

℣. Timeamus, & amemus Deum vivum.

℟. Et ex corde diligamus nos sincero. Ubi charitas.

℣. Simul ergo cum in unum congregamur.

℟. Ne nos mente dividamur, caveamus.

℣. Cessent jurgia maligna, cessent lites.

℟. Et in medio nostrî sit Christus Deus.

risions, parce qu'il a fait éclater sa miséricorde sur nous.

℣. Bénissons le Pere, & le Fils, & le Saint-Esprit.

℟. Ps. Que vos tabernacles sont aimables, ô Dieu des armées! mon ame languit & se consume du désir d'entrer dans la maison du Seigneur.

Ant. Là où est la charité & l'amour, Dieu y est aussi.

℣. L'amour de Jesus-Christ nous a assemblés & unis.

℟. Réjouissons-nous en lui, & le louons avec allegresse.

℣. Craignons & aimons le Dieu vivant.

℟. Et aimons-nous les uns les autres avec un désir sincére.

℣. Etant donc assemblés & unis.

℟. Gardons-nous de rompre l'union de nos esprits.

℣. Qu'il n'y ait point parmi nous de querelles ni de procès.

℟. Et que Jesus-Christ notre Dieu soit au milieu

de nous.

℣. Faites, ô Jesus-Christ notre Dieu, que nous puissions voir avec les bienheureux.

℟. Votre visage dans la gloire.

℣. Pour jouir d'une sainte & éternelle joye.

℟. Dans la suite infinie de tous les siécles.

Ainsi soit-il.

Ubi charitas.

℣. Simul quoque cum beatis videamus.

℟. Gloriantur vultum tuum, Christe Deus.

℣. Gaudium, quod est immensum atque probum.

℟. Sæcula per infinita sæculorum.

℟. Amen.

Après le lavement des pieds, l'Officiant lave ses mains, puis il dit tout bas. Pater noster, *& ensuite élevant sa voix, il continue :*

℣. Et ne nous laissez pas succomber à la tentation,

℟. Mais délivrez-nous du mal.

℣. Vous avez ordonné, Seigneur,

℟. Que vos commandemens soient exactement observez.

℣. Vous avez lavé les pieds de vos Disciples.

℟. Ne mépriſez pas les ouvrages de vos mains.

℣. Seigneur, écoutez ma priere.

℟. Et que mes cris s'éleven jusqu'à vous.

℣. Le Seigneur soit avec vous.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Tu mandasti mandata tua, Dñe,

℟. Custodiri nimis.

℣. Tu lavasti pedes Discipulorũ tuorum.

℟. Opera manuum tuarum ne despicias.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ADeſto, Domine, quæſumus, officio ſervitutis noſtræ; & quia tu Diſcipulis tuis pedes lavare dignatus es, ne deſpicias opera manuum tuarum, quæ nobis retinenda mandaſti, ut ſicut hic nobis, & à nobis exteriora abluuntur inquinamẽta, ſic à te omnium noſtrûm interiora laventur peccata. Quod ipſe præſtare digneris. Qui vivis & regnas.

℟. Et avec votre eſprit.

Prions.

SEigneur, nous vous ſupplions de nous faire la grace de nous acquitter dignement de ce devoir de notre ſervitude : & parce que vous avez daigné laver les pieds de vos Diſciples, ne mépriſez pas l'ouvrage de vos mains que vous nous avez commandé de retenir & d'imiter, afin que comme nous lavons ici nos corps, & que nous les nettoyons de leurs ſouillures, vous nous purifiez auſſi tous, des péchés de nos ames. Accordez-nous, s'il vous plaît, cette grace. Vous qui étant, &c.

LES COMPLIES.

Pſeaume. Cùm invocarem, *&c.* p. 97. *& ſuiv.*

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem.

℣. Jeſus-Chriſt s'eſt rendu pour l'amour de nous, obéiſſant juſqu'à la mort.

Et le reſte, comme pag. 264.

L'OFFICE DU VENDREDI SAINT.

A MATINES.

A PARIS.

AU PREMIER NOCTURNE.

PSEAUME 3.

SEigneur, que le nombre de ceux qui me persécutent est grand, que d'ennemis s'élevent contre moi!

Plusieurs disent de mon ame : Jamais elle ne trouvera de salut en son Dieu.

Mais, Seigneur, c'est vous qui êtes mon protecteur ; vous êtes ma gloire, & c'est vous qui élevez ma tête.

J'ai élevé ma voix, j'ai crié vers le Seigneur, & il m'a exaucé de sa montagne sainte.

Je me suis couché, je me

DOñe, quìd multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt adversùm me.

Multi dicunt animæ meæ. Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Domine, susceptor meus es ; gloria mea & exaltans caput meum.

Voce meâ ad Dominum clamavi ; & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi & so-

poratus ſum; & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me : exurge, Domine, ſalvum me fac, Deus meus.

Quoniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa, dentes peccatorum contriviſti.

Domini eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua.

ſuis endormi, & je me ſuis réveillé, parce que le Seigneur m'a ſoutenu.

Je ne craindrai point ces milliers de peuples qui m'aſſiégent de toutes parts ; levez-vous ; Seigneur ; ſauvez-moi, mon Dieu.

Car vous avez frappé au viſage tous mes ennemis, vous avez briſé les dents des pécheurs.

C'eſt au Seigneur qu'il appartient de ſauver : votre bénédiction, ô Dieu, ſera toujours ſur votre peuple.

Ant. Non timebo millia populi circumdantis me : exurge, Domine : ſalvum me fac, Deus meus.

Ant. Je ne craindrai pas des millions d'hommes, qui m'entourrent de toutes parts: levez-vous, Seigneur, ſauvez-moi, ô mon Dieu.

Le *Pſ.* Deus, Deus meus reſpice, &c. *p.* 310.

Ant. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens : concilium malignantiũ obſedit me.

Ant. Ils ont ouvert contre moi leur bouche, comme un lion rugiſſant, & affamé. Une aſſemblée de gens qui ne cherchent que ma perte m'a aſſiégé de tous côtés.

PSEAUME 26.

DOminus illuminatio mea, & ſalus mea : quem timebo ?

Dominus protector vitæ meæ ; à quo trepidabo ?

LE Seigneur eſt ma lumiere & mon ſalut, qui pourrois-je craindre ?

Le Seigneur eſt le protecteur de ma vie, de qui aurois-je peur ?

Dans le tems que les méchans s'avançoient pour dévorer ma chair.

Dum appropiant ſuper me nocentes ; ut edant carnes meas.

Mes perſécuteurs & mes ennemis ſe ſont heurtés, & ſont tombés.

Qui tribulant me inimici mei ; ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.

Quand une armée camperoit autour de moi, mon cœur n'en ſeroit point effrayé.

Si conſiſtant adverſùm me caſtra, non timebit cor meum.

Quand le fort du combat viendroit ſur moi, en cela même je ſerois plein de confiance.

Si exurgat adverſùm me prælium, in hoc ego ſperabo.

J'ai demandé une ſeule choſe au Seigneur, & je la demanderai avec inſtance : c'eſt de demeurer dans la maiſon du Seigneur tous les jours de ma vie.

Unam petii à Domino hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Afin que je contemple les délices du Seigneur, & que je viſite ſon temple.

Ut videam voluptatem Domini, & viſitem templum ejus ;

Car il me cachera ſous ſa tente au jour de l'affliction, il me mettra à couvert dans le ſecret de ſon tabernacle.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo : in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

Il me placera ſur la pierre ferme : & dès maintenant il élevera ma tête au-deſſus de mes ennemis qui m'environnent de toutes parts.

In petra exaltavit me ; & nunc exaltavit caput meum ſuper inimicos meos.

Et j'immolerai dans ſon

Circuivi & immo-

lavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis : cantabo, & psalmum dicam Domino.

tabernacle des sacrifices accompagnés de cris de joye : je chanterai des cantiques à la louange du Seigneur.

Exaudi, Domine, vocem meam quâ clamavi ad te : miserere meî, & exaudi me.

Seigneur, écoutez ma voix, je crie vers vous : ayez pitié de moi, & exaucez-moi.

Tibi dixit cor meũ, exquisivit te facies mea : faciem tuam, Domine, requiram.

Mon cœur s'occupe de vous, mes yeux vous cherchent : c'est votre visage, Seigneur que je recherche.

Ne avertas faciem tuam à me : ne declines in ira à servo tuo.

Ne me cachez pas votre visage, ne vous éloignez pas de votre serviteur dans votre colére.

Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus ;

Vous êtes mon appui : ne me délaissez pas, & ne me renvoyez pas, ô Dieu mon Sauveur.

Quoniã pater meus & mater mea dereliquerunt me ; Dominus autem assumpsit me.

Car mon pere & ma mere m'ont abandonné ; mais le Seigneur m'a pris avec lui.

Legem pone mihi, Domine in via tua : & dirige me in semiram rectam propter inimicos meos.

Seigneur, instruisez-moi de votre voye ; & conduisez-moi dans le chemin de la droiture, à cause de mes ennemis.

Ne tradideris me in animas tribulantium me ; quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Ne me livrez pas à la volonté de ceux qui me persécutent ; parce qu'il s'est élevé contre moi de faux témoins, dont l'iniquité se dément elle-même.

Cependant je crois que je verrai les biens du Seigneur dans la terre des vivans.

O mon ame, attens le Seigneur, demeure ferme, & il fortifiera ton cœur : attens le Seigneur.

Ant. Il s'eſt élevé contre moi une foule de faux témoins, & l'iniquité s'eſt démentie elle-même.

℣. Ils ont éguiſé leurs langues comme des ſerpens.

℟. Ils ont ſur leurs lévres un poiſon plus dangereux que celui des aſpics:

Credo videre bona Domini : in terra viventium.

Expecta Dominum, viriliter age ; & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.

Ant. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui ; & mentita eſt iniquitas ſibi.

℣. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis :

℟. Venenum aſpidum ſub labiis eorum.

Premiere Leçon.

Des lamentations du Prophête Jérémie. *Ch.* 3.

JE ſuis un homme qui reconnois ma pauvreté, & qui ſent ma miſere, les châtimens de mon Dieu me pénétrent : Il m'a conduit comme par la main, il m'a mené dans les ténébres, loin de me mener à la lumiére. Il ne regarde tout le jour vers moi, que pour me faire ſentir ſa main vangereſſe contre moi. Il a deſſéché ma peau; il a extenué m'a chair; il a briſé tous mes os; il m'a aſſiégé comme un fort ; il m'a environné de fiel; il m'a inveſti de douleurs & de tra-

De lamentatione Jeremiæ Prophetæ.

EGo vir videns paupertatē meā, in virga indignationis ejus. Me minavit, & adduxit in tenebras, & non in lūcem. Tantùm in me vertit, & convertit manum ſuam totâ die. Vetuſtam fecit pellem meam, & carnem meam : contrivit oſſa mea. Ædificavit in gyro meo, & circumdedit me felle & labore. In tenebroſis collocavit me,

quasi mortuos sempiternos. Circumædificavit adversùm me, ut non egrediar : aggravavit compedem meum. Sed & cùm clamavero, & rogavero, excluſit orationem meam. Conclusit vias meas lapidibus quadris ; semitas meas subvertit. Ursus insidians factus est mihi, leo in abscónditis.

vaux ; il m'a renfermé dans des lieux ténébreux, comme ceux qui sont morts pour toûjours ; il m'a entourré de toutes parts, comme une place qu'on veut presſer de fort près, de peur que je ne lui échappe ; il a appésanti mes chaînes & mes fers. Et lorsque j'ai crié vers lui, & que je lui ai adressé mes prieres, il les a rejetté ; il a bouché avec de grosses pierres toutes les issues qui pouvoient se trouver de lui vers moi ; il a renversé toutes mes retraites. Il est devenu à mon égard comme un ours, qui est en embuscade, ou comme un lion, qui caché dans un lieu obscur, attend sa proye.

Jerusalem, Jerusalem, &c.

℟. Quærebant adversùs Jesum testimonium, ut eum morti traderent, nec inveniebant : Multi enim testimonium falsum dicebant ; & cõvenientia testimonia non erant. ℣. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me : Multi enim.

Jerusalem, Jerusalem, &c.

℟. Ils cherchoient contre Jesus un faux témoignage, mais ils n'en trouvoient pas pour le mettre à mort : Plusieurs cependant avoient dépoſé contre lui des choses fausses ; mais ces témoignages n'étoient pas suffisans. ℣. Des faux témoins s'étant élevés contre moi, ils m'ont chargé de crimes que j'ignorois moi-même.

Plusieurs, &c.

Seconde Leçon.

IL a tendu son arc; il m'a placé comme le but où il devoit tirer ses fléches. Il a percé mes reins de tous les traits qu'il avoit dans son carquois. Je suis devenu la risée de tout mon peuple ; je suis devenu le sujet de leurs mocqueries & de leurs railleries pendant tout le jour ; il m'a rassasié d'amertume, & m'a enyvré d'absynthe ; il m'a brisé les dents les unes après les autres ; il m'a nourri de cendres ; mon ame n'a pû rencontrer aucun repos ; j'ai été oublié de tous, & suis demeuré sans aucune consolation. C'est pour lors que j'ai dit au Seigneur : Enfin c'en est fait de moi, je suis péri pour toujours, puisque l'espérance que j'avois au Seigneur, ne me tire point de mes maux. Ressouvenez-vous enfin, ô mon Dieu, de ma pauvreté & de ma détresse, de mes cuisants chagrins & de mes amertumes. J'aurai continuellement mes maux présens à ma mémoire ; & le ressouvenir que j'en garderai toûjours, me fera sécher de tristesse, & mes reflexions animeront mes espérances en mon Dieu.

TEtendit arcum suum & posuit me quasi signum ad sagittam. Misit in renibus meis filias pharetræ suæ. Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum totâ die. Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absynthio. Et fregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere. Et repulsa est à pace anima mea : oblitus sum bonorum. Et dixi : Periit finis meus, & spes mea à Domino. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absynthii & fellis Memoriâ memor ero, & tabescet in me anima mea. Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo.

℣. Le Prince des Prêtres lui dit : Je vous conju-

℟. Princeps sacerdotum ait : Adjuro

te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Christus, Filius Dei. Dicit illi Jesus: Tu dixisti. At illi dixerunt : Reus est mortis. ℣. Locuti sunt sacerdotes : Judicium mortis est viro huic, quia prophetavit, sicut audistis auribus vestris. Reus est mortis.

re par le Dieu vivant de me dire si vous êtes le Christ, Fils de Dieu. Je le suis, lui répondit-il ; vous l'avez dit; mais ils lui dirent : Il est coupable de mort. ℣. Les Prêtres ont parlé ; ils ont porté contre cet homme un jugement de mort, parce qu'il a prophétisé, comme vous venez de l'entendre de vos propres oreilles : Il est coupable de mort.

Troisiéme Leçon.

VFnatione ceperunt me quasi avem inimici mei gratis. Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidē super me. Inundaverunt aquæ super caput meum; dixi : Perii. Invocavi nomen tuum, Domine, de lacu novissimo. Vocem meam audisti : ne avertas aurē tuam à singultu meo & clamoribus. Appropinquasti in die quādo invocavi te; dixisti : Ne timeas. Judicasti, Domine, causam animæ meæ, redemptor vitæ meæ. Vidisti, Domine ini-

MEs ennemis m'ont poursuivi sans raison; ils m'ont donné la chasse, & m'ont pris comme un oiseau. Ils m'ont jetté dans une fosse, & ont roulé sur moi une grosse pierre pour me faire perdre la vie. Ils ont versé sur ma tête des déluges d'eaux, & j'ai dit pour lors : C'en est fait de moi. Du fond de ce nouvel abîme j'ai invoqué votre nom, ô mon Seigneur, vous avez écouté ma voix ; ne détournez donc pas dorénavant votre oreille de mes cris & de mes sanglots; vous vous êtes approché de moi au jour que je vous ai invoqué ; vous m'avez dit : Ne craignez pas. O mon Dieu, ô mon Sauveur, & le Ré-

dempteur de mon ame, vous lui avez rendu juſtice ; vous avez vû l'injuſtice que mes ennemis exerçoient contre elle : jugez-les, jugez-moi. Vous avez vû les excès de leurs fureurs; vous avez connu les complots qu'ils ont formés contre moi ; vous avez entendu tous les opprobres & toutes les noirceurs qu'ils ont vomi à mon ſujet, vous avez entendu toutes les calomnies que leurs bouches profanes ont proféré pendant tout le jour contre moi : examinez-les dans le repos ou dans l'action , & vous verrez que je leur ſers de fable & de riſée. Vous êtes trop juſte pour ne les pas punir , & ne les pas traiter ſelon ce que méritent leurs actions.

quitatem illorum adverſum me : judica judicium meum. Vidiſti omnem furorē, univerſas cogitationes eorum , adversùm me. Audiſti opprobrium eorum, Domine , omnes cogitationes eorum adversùm me : labia inſurgentium mihi , & meditationes eorum adversùm me totâ die. Seſſionem eorum & reſurrectionē eorum vide; ego ſum pſalmus eorum. Redides eis vicem, Domine , juxta opera manuum ſuarum.

Jeruſalem , &c.

℟. Les Juifs ont craché au viſage de Jeſus : Et l'ont meurtri de ſoufflets , en diſant : Dis-nous , Chriſt , qui t'a frappé.

℣. Ils ont ouvert contre moi leur bouche ; & en me chargeant d'injures, ils m'ont frappé au viſage : Et l'ont meurtri , &c.

Jeruſalem , &c.

℟. Expuerunt in faciem Jeſu : Et colaphis ceciderunt, dicentes : Prophetiza nobis , Chriſte , quis eſt qui te percuſſit ?

℣. Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerunt maxillam meā : Et colaphis.

AU SECOND NOCTURNE.

Le Pſ. Domine , ne in furore , &c. *p.* 272.

Ant. Vim faciebant qui quærebant animam meam.

Ant. Ceux qui cherchoient à me perdre, me faisoient toute sorte de violences.

PSEAUME 58.

ERipe me de inimicis meis, Deus meus : & ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salva me.

Quia ecce ceperunt animam meam ; irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine : sine iniquitate cucurri, & direxi.

Exurge in occursum meum, & vide : & tu, Domine Deus virtutum, Deus Israël.

Intende ad visitandas omnes gentes : non misereris omnibus, qui operantur iniquitatem.

Convertentur ad vesperam ; & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem.

Ecce loquentur in

MOn Dieu, délivrez-moi de mes ennemis, élevez-moi au-dessus de ceux qui m'attaquent.

Délivrez-moi des ouvriers d'iniquité, sauvez-moi des hommes de sang.

Vous voyez qu'ils en veulent à ma vie, ces gens si puissans viennent fondre sur moi.

Ce n'est pas, Seigneur, que je sois coupable d'iniquité, ou de perfidie, j'ai marché sans crainte dans la voye droite.

Levez-vous pour venir à moi & considérez ce qui se passe : O vous, Seigneur des armées, Dieu d'Israël.

Réveillez-vous pour visiter toutes les Nations, n'ayez aucune pitié de tous ces ouvriers d'iniquité.

Ils reviennent sur le soir, ils abboyent comme des chiens, ils tournent tout autour de la ville.

On les entend parler, ils

n'ont sur leurs lévres que des discours meurtriers ; ils disent : Qui nous écoute ?

Mais vous, Seigneur, vous vous rirez d'eux : vous vous mocquerez de toutes ces nations.

Je ne veux attendre ma force que de vous, parce que vous êtes mon protecteur : ô mon Dieu, votre miséricorde me préviendra.

Dieu me fera voir sa justice sur mes ennemis; mais ne les exterminez pas, de peur que mon peuple ne l'oublie.

Dispersez-les, & les rendez errans par votre puissance ; dégradez-les, Seigneur, qui êtes mon protecteur.

C'est la punition du péché de leur bouche & de la parole de leurs lévres; qu'ils soient pris par leur propre orgueil.

En conséquence de leur imprécation & de leur perfidie, perdez-les dans votre colére, perdez-les, & qu'ils ne soient plus.

Qu'ils apprennent que Dieu régne dans Jacob, & jusqu'aux extrémités de la terre.

ore suo, & gladius in labiis eorum: quoniam quis audivit ?

Et tu, Domine, deridebis eos : ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meã ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es : Deus meus, misericordia ejus præveniet me.

Deus ostendet mihi super inimicos meos : ne occidas eos, nequando obliviscantur populi mei.

Disperge illos in virtute tua : & depone eos, protector meus, Domine.

Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum : & comprehendantur in superbia sua.

Et de execratione & mendatio annunciabuntur in consummatione ; in ira consummationis, & non erunt.

Et scient quia Deus dominabitur Jacob ; & finium terræ.

Convertentur ad vesperam ; & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum : si verò non fuerint saturati , & murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinẽ tuam: & exaltabo manè misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus, & refugium meum : in die tribulationis meæ.

Adjutor meus, tibi psallam , quia Deus susceptor meus es : Deus meus , misericordia mea.

Ant. Irruerunt in me fortes : neque iniquitas mea , neque peccatũ meum, Dñe.

Qu'ils reviennent sur le soir, qu'ils abboyent comme des chiens : & qu'ils tournent tout autour de la ville.

Qu'ils errent de tous côtés pour chercher à manger; & ne trouvant rien pour se rassasier , qu'ils se portent au murmure.

Pour moi , je chanterai votre puissance , & dès le matin je louerai avec joye votre miséricorde.

Parce que vous avez été mon protecteur , & mon refuge au jour de mon affliction.

O Dieu qui êtes ma force, je vous offrirai mes cantiques ; parce que vous êtes mon libérateur , ô Dieu , vous êtes ma miséricorde.

Ant. Des gens forts & puissans se sont jettés & acharnés contre moi. O mon Dieu , vous sçavez que ni mes iniquités ni mes péchés n'ont donné lieu à leurs injustes traitemens.

PSEAUME 61.

NOnne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.

Nam & ipse Deus meus , & salutaris meus; susceptor meus, non movebor amplius.

OUi , mon ame demeurera dans le silence devant Dieu ; c'est de lui que viendra mon salut.

C'est lui qui est mon Dieu & mon Sauveur : il est mon protecteur , je ne serai point ébranlé.

Jusqu'à quand travaillerez-vous à ruiner un seul homme ? Unis tous ensemble croyez-vous le renverser comme une muraille qui panche, & une masure qui tombe.

En effet ils ont conspiré de me faire tomber de mon état : ils se plaisent dans le mensonge ; ils béniſſent de bouche, & ils maudiſſent dans le cœur.

Oui, mon ame demeurera dans le silence devant Dieu, car c'est de lui que j'attens tout.

C'est lui qui est mon Dieu & mon Sauveur : il est mon protecteur, je ne serai point ébranlé.

Mon salut & ma gloire viennent de Dieu ; ma force n'a point d'autre appui, mon espérance est en Dieu.

Peuples, espérez en lui en tout tems, répandez votre cœur en sa présence : Dieu est notre soutien pour toujours.

Mais les enfans les hommes ne sont que vanité, les grands même ne sont que mensonge : si on les mettoit tous dans une balance, on les trouveroit plus legers que le néant.

pliùs.

Quousque irruitis in hominem ? interficitis universi vos, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ ?

Veruntamen pretium meum cogitaverunt repellere, cucurri in siti : ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.

Veruntamen Deo subjecta esto, anima mea : quoniam ab ipso patientia mea.

Quia ipse Deus meus & Salvator meus ; adjutor meus, non emigrabo.

In Deo salutare meum, & gloria mea : Deus auxilii mei, & spes mea in Deo est.

Sperate in eo, omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra : Deus adjutor noster in æternum.

Veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris ; ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere : divitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Semel locutus est Deus, duo hæc audivi ; quia potestas Dei est, & tibi, Domine, misericordia : quia tu reddes unicuique juxta opera sua.

Ant. Deo subjecta esto, anima mea : quoniam ab ipso patientia mea.

℣. Subsannaverunt me subsannatione.

℟. Frenduerunt super me dentibus suis.

Ne mettez point votre confiance dans l'injustice, ne vous enflez point de vos rapines ; si vous avez des richesses en abondance, n'y attachez pas votre cœur.

Dans une seule parole que Dieu à prononcée, j'ai compris ces deux choses : que la puissance est à Dieu, & à vous, Seigneur, est la miséricorde, c'est vous qui rendrez à un chacun selon ses œuvres.

Ant. Mon ame est soumise à Dieu, parce que de lui vient toute ma patience.

℣. Ils m'ont insulté par des railleries piquantes.

℟. Ils ont grincé les dents contre moi.

Quatriéme Leçon.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

HOdie Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Ubi, quæso, immolatus ? in excelso patibulo. Novum altare hujus sacrificii, quia ipsum sacrificiũ novum stupendumque est. Idem quippe & sacrificium & sacerdos erat : sa-

Sermon de saint Jean Chrysostôme.

C'Est aujourd'hui que Jesus-Christ qui est notre Pâque, a été immolé. Où a-t'il été immolé, je vous prie ? Sur une croix fort élevée. En admirant ce nouveau sacrifice, admirons en même-tems ce nouvel Autel, où il est consommé. En effet Jesus-Christ étoit en même-tems & le Prêtre & l'Hostie. Selon la chair,

il eſt la victime du ſacrifice ; & ſelon l'eſprit, il en eſt le Prêtre & le Sacrificateur. Il s'offroit en même-tems qu'il étoit offert ſelon la chair. Sa croix fut ſon Autel ; & pourquoi, me direz-vous, cette victime n'eſt-elle pas offerte dans le Temple, mais hors de l'enceinte de Jeruſalem ? Afin que ce qui a été prédit de lui fût accompli : Il a été mis au rang des ſcélérats. Pourquoi eſt-il immolé ſur une croix élevée, & non pas dans un endroit particulier ? C'étoit pour que cet Agneau ſans tache étant ſacrifié au milieu de l'air, il le purifiât de ſa malignité. Il purifia auſſi la terre, quand elle reçut le ſang qui découla de ſon côté. Il ne fut pas ſacrifié ni dans le temple des Juifs, ni dans un endroit particulier, afin que les Juifs ne s'attribuaſſent point à eux ſeuls les mérites de cette victime, & pour nous faire connoître qu'elle n'avoit pas été immolée pour cette nation-là ſeule. Il fut conduit hors la ville, pour nous faire connoître que ſon ſacrifice étoit univerſel, & qu'il l'offroit pour

crificium ſecundùm carnem, ſacerdos ſecundùm ſpiritum. Idem & offerebat, & ſecundùm carnem offerebatur. Et crux fuit altare. Et cur, inquies, non in templo hoſtia offertur, ſed extra urbem & mœnia? ut impleretur illud, cum iniquis reputatus eſt. Cur autem in ſublimi patibulo jugulatur, non ſub tecto? ut aëris naturam purgaret cùm ovis in ſublimi immolaretur. Purgabatur item & terra : fluebat enim è latere ſanguis in ipſã. Ideo non ſub tecto, ideo non in templo Judaico, ne ſibi Judæi hoſtiam vindicarent ; neve putares pro illa gente tantùm hanc offerri. Idcirco extra urbem & mœnia ; ut diſcas univerſale ſacrificium eſſe, quia pro univerſa terra erat oblatio ; & purgationem item eſſe communem, non peculiarem, quem a-

modũ apud Judæos sanctificatio sola unius populi, sed omnium hominum.

toute la terre, & que son sacrifice n'opéreroit pas la sanctification seule d'un peuple particulier ; mais celle de tous les hommes.

℟. Dicebant Petro: Verè ex illis es: Ille cœpit anathematizare, & jurare: Quia nescio hominem istum quem dicitis. ℣. Inquilini domûs meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Ille.

℟. Ils disoient à Pierre : Vous êtes certainement de ces gens-là : Mais lui commença à jurer, & à faire des imprécations horribles, en disant : Je ne connois pas cet homme dont vous parlez. ℣. Les habitans de ma maison m'ont traité comme un inconnu, & ils m'ont regardé comme un étranger.

Cinquiéme Leçon.

fans d'Iſraël, après les avoir fait ſortir d'Egypte. C'eſt cette même nuit qui a diſſipé les ténébres des pécheurs par la clarté d'une colonne de feu. C'eſt cette nuit qui remet aujourd'hui en grace, & remplit de ſainteté partout le monde, ceux qui croyant en Jeſus-Chriſt, ſe ſont ſéparés des vices du ſiécle, & retirés de l'abîme des ténébres. C'eſt cette nuit en laquelle Jeſus-Chriſt retourne victorieux des enfers, après avoir briſé les chaînes de la mort. Car il nous auroit été inutile de naître, ſi nous n'euſſions eu le bonheur d'être rachetés. O effet admirable de la bonté de Dieu, qui a livré ſon Fils à la mort pour ſauver des eſclaves! O péché d'Adam vraiment néceſſaire, qui a été effacé par le ſang du Fils de Dieu! O faute heureuſe qui a mérité d'avoir un ſi grand Redempteur! O nuit fortunée qui ſeule as eu le privilege de ſçavoir le tems & l'heure où Jeſus-Chriſt eſt reſſuſcité des morts! C'eſt de cette nuit qu'il eſt écrit: la nuit ſera claire comme le jour: & la nuit eſt ma clarté dans mes délices. C'eſt

tros filios Iſraël eductos de Ægypto, mare rubrum ſicco veſtigio tranſire feciſti. Hæc igitur nox eſt, quæ peccatorum tenebras columnæ illuminatione purgavit. Hæc nox eſt, quæ hodiè per univerſum mundum in Chriſto credentes à vitiis ſæculi, & caligine peccatorum ſegregatos, reddit gratiæ, ſociat ſanctitati. Hæc nox eſt, in qua deſtructis vinculis mortis, Chriſtus ab inferis victor aſcendit. Nihil enim nobis naſci profuit, niſi redimi profuiſſet. O mira circa nos tuæ pietatis dignatio! O inæſtimabilis dilectio charitatis: ut ſervum redimeres, filium tradidiſti! O certè neceſſarium Adæ peccatum, quod Chriſti morte deletum eſt! O felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem! O verè beata nox, quæ ſola meruit

scire tempus & horam, in qua Christus ab inferis resurrexit! Hæc nox est, de qua scriptum est: Et nox sicut dies illuminabitur; & nox illuminatio mea in deliciis meis. Hujus igitur sanctificatio noctis, fugat scelera, culpas lavat, & reddit innocentiam lapsis: & mœstis lætitiam; fugat odia, concordiam parat, & curvat imperia.

donc par la sainteté de cette nuit que les crimes sont abolis, les fautes lavées, l'innocence est rendue aux criminels, & la joye aux affligés: c'est elle qui dissipe les haines, & reconcilie les ennemis, & abbaisse l'orgueil des empires.

A Rome, ici le Diacre met au cierge, en forme de croix, les cinq grains d'encens bénis, puis il continue:

IN hujus igitur noctis gratia suscipe, sancte Pater, incensi hujus sacrificium vespertinum quod tibi in hac cerei oblatione solemni, per Ministrorum manus de operibus apum, sacro sancta reddit Ecclesia.

REcevez donc, ô Pere Saint, en faveur de cette nuit, cet encens & ce sacrifice du soir: que votre sainte & sacrée Eglise vous offre par ses Ministres dans l'oblation solemnelle de ce cierge, dont les abeilles ont fourni la matiere.

A Paris, ici le Diacre met, en forme de croix, au cierge Paschal les cinq grains bénis, & continue ainsi:

Sed jam columnæ hujus præconia novimus quam in honorem Dei rutilans ignis accendit.

Mais nous reconnoissons déja l'excellence de cette colomne qu'un feu brillant allume en l'honneur de Dieu.

Alors le Diacre allume le cierge Paschal.

QUi licet sit divisus in partes,

ET quoique ce feu soit partagé, toutefois il en

perd rien dans la communication de ſa lumiére qui ſe nourrit de la cire fondue que la mere abeille a produite, pour en former la ſubſtance de ce précieux flambeau.

mutuati tamen luminis detrimenta non novit. Alitur enim liquentibus ceris quas in ſubſtantiam pretioſæ hujus lampadis, apis mater eduxit.

On allume les lampes & les cierges.

O Nuit vrayement heureuſe, qui a dépouillé les Egyptiens & enrichi les Hebreux! Nuit en laquelle les choſes céleſtes ſont unies aux terreſtres, & les divines aux humaines. Nous vous ſupplions donc, Seigneur, que ce cierge qui eſt conſacré en l'honneur de votre nom, diſſipe inceſſamment les ténébres de cette nuit, & que ſa lumiére s'élevant comme un parfum agréable ſe mêle avec celles des luminaires céleſtes. Que l'aſtre du matin reçoive ſes flammes, cet aſtre qui n'a point de couchant, qui étant remonté des enfers, a fait briller une nouvelle lumiére ſur le genre humain.

(*à Paris.*) Nous vous ſupplions donc, Seigneur, que nous ayant accordé la paix en nos jours; vous

O Verè beata nox quæ expoliavit Ægyptios; ditavit Hebræos! Nos in qua terrenis cœleſtia, humanis divina junguntur. Oramus ergo te, Domine, ut cereus iſte in honorem tui nominis conſecratus, ad noctis hujus caliginem deſtruendam indeficiens perſeveret. Et in odorem ſuavitatis acceptus, ſupernis luminaribus miſceatur. Flammas ejus lucifer matutinus inveniat. Ille, inquam, lucifer qui neſcit occaſum; ille qui regreſſus ab inferis, humano generi ſerenus illuxit.

(*à Paris.*) Precamur ergo te, Domine, ut nos famulos tuos, omnemque Cle-

rum, & devotiſſimũ populum, unâ cum beatiſſimo Papa noſtro N. & Antiſtite noſtro N. necnon & glorioſiſſimo Rege noſtro N. quiete temporum conceſſâ, in his paſchalibus gaudiis, conſervare digneris. Per eumdem, &c.

(*à Rome.*) Precamur ergo te, Domine, ut nos famulos tuos, omnemque clerum, & devotiſſimum populum, una cum beatiſſimo Papa noſtro N. & Antiſtite noſtro N. quiete tẽporum conceſſâ, in his Paſchalibus gaudiis aſſiduâ protectione regere, gubernare & converſare digneris. Reſpice etiam ad Chriſtianiſſimum Regem noſtrum N. cujus tu Deus deſiderii vota prænoſcens ineffabili pietatis & miſericordiæ tuæ munere tranquillum perpetuæ pacis tempus accommoda; & cæleſtem victoriâ cum

daigniez durant la réjouiſſance de ces Fêtes de Pâques, nous conduire & nous conſerver comme vos ſerviteurs, comme auſſi tout le Clergé & votre peuple fidéle, avec notre ſaint Pere le Pape N. notre Prélat N. & notre Roi Très-Chrétien; Par le même Jeſus-Chriſt Notre-Seigneur, &c.

(*à Rome.*) Nous vous ſupplions donc, Seigneur, que nous ayant accordé la paix en nos jours, il vous plaiſe durant la réjouiſſance de ces Fêtes de Pâques, nous conduire comme vos ſerviteurs, nous conſerver & nous maintenir par l'aſſiſtance continuelle de votre protection, comme auſſi tout le Clergé, & votre peuple fidéle, avec notre ſaint Pere le Pape N. & notre Prélat N. Jettez auſſi les yeux ſur notre Roi Très-Chrétien N. & connoiſſant les vœux & les deſirs de ſon cœur; faites, Seigneur; par une grace ineffable de votre miſéricorde, qu'il jouiſſe du calme d'une paix perpétuelle: & qu'avec tout ſon peuple il remporte une victoire céleſte. Par le mê-

me Jesus-Christ, &c.

omni populo suo. Per eumdem, &c.

Après la bénédiction du Cierge, on dit ce qui suit.

Premiere Prophétie.

AU commencement Dieu créa le Ciel & la terre. Or la terre étoit sans forme & stérile : & les ténébres couvroient la face de l'abîme; & l'esprit de Dieu étoit porté sur les eaux. Et Dieu dit: que la lumiere soit faite : & aussitôt la lumiere fut faite. Et Dieu vit que la lumiere étoit bonne: & il sépara la lumiere des ténébres, & il donna à la lumiere le nom de jour, & aux ténébres celui de nuit : & il y eut un soir & un matin qui formerent le premier jour. Dieu dit aussi : que le firmament soit fait au milieu des eaux, & qu'il sépare les eaux d'avec les eaux. Et Dieu fit le firmament ; & il divisa les eaux qui étoient au-dessous du firmament d'avec celles qui étoient au-dessus du firmament. Et cela fut fait ainsi. Et Dieu donna au firmament le nom de Ciel, & il y eut un soir & un matin, qui furent le second jour. Puis Dieu dit : que les eaux qui sont au-dessous du Ciel, se rassem-

IN principio creavit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi; & spiritus Dei ferebatur super aquas. Dixitque Deus fiat lux; Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quod esset bona; & divisit lucem à tenebris. Appellavitque lucem, diem; & tenebras, noctem; factumque est vesperè & manè, dies unus. Dixit quoque Deus : fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocavitque Deus firmamentum, cœlum. Et factum est vesperè &

manè, dies ſecundus. Dixit verò, Deus : Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt in locum unum, & appareat arida. Et factum eſt ita. Et vocavit Deus aridā, Terram; congregationeſque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et ait : Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferū faciens fructum juxta genus ſuū, cujus ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen juxta genus ſuum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque ſementem ſecundùm ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & manè, dies tertius. Dixit autem Deus : Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac nocblent en un lieu, & que le ſec paroiſſe Et cela fut fait ainſi. Et Dieu donna le nom de terre à ce qui étoit ſec, & à l'amas des eaux, le nom de mer. Et Dieu vit que cela étoit bon. Et il dit encore : Que la terre produiſe de l'herbe verdoyante qui porte de la ſemence ; & des arbres qui faſſent des fruits ſelon leur eſpéce, ayant en ſoi leur ſemence ſur la terre. Et cela fût fait ainſi. Et la terre pouſſa de l'herbe verdoyante qui produiſit de la graine chacune ſelon ſon eſpéce, & des arbres fruitiers, chacun avec ſa ſemence, ſelon ſon eſpéce. Et Dieu vit que cela étoit bon. Et il y eut un ſoir & un matin, qui formerent le troiſiéme jour. Et Dieu dit : Que les Aſtres ſoient créés dans le firmament du Ciel, & qu'ils diſtinguent le jour de la nuit, qu'ils ſoient des ſignes ; & qu'ils marquent les tems & les jours & les années ; qu'ils luiſent dans le firmament du Ciel, & qu'ils éclairent la terre. Et cela fut fait ainſi. Et Dieu fit deux grands aſtres, l'un plus grand, pour éclairer duran

le jour ; & l'autre moindre, pour luire durant la nuit. Il fit auſſi les étoiles, & il les mit au firmament du ciel, pour éclairer ſur la terre, pour regler le jour & la nuit, & pour diviſer la lumiere d'avec les ténébres. Et Dieu vit que cela étoit bon. Et il y eut un ſoir & un matin, qui formerent le quatriéme jour. Dieu dit auſſi : Que les eaux produiſent des reptiles qui ayent une ame vivante, & des oiſeaux qui volent ſur la terre, ſous le firmament du ciel. Et Dieu créa de grandes baleines, & toutes ſortes de bêtes ayant vie & mouvement, que les eaux avoient produites ſelon leurs eſpéces avec toutes ſortes d'animaux volans chacun ſelon ſon eſpéce. Et Dieu vit que cela étoit bon : & il les bénit, en diſant : Croiſſez & multipliez, rempliſſez les eaux de la mer : & que les oiſeaux ſe multiplient ſur la terre. Et il y eut un ſoir & un matin qui formerent le cinquiéme jour. Dieu dit auſſi : Que la terre produiſe des ames vivantes, chacune ſelon ſon eſpéce, des animaux, tant domeſ-

ctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies & annos ; ut luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præeſſet diei; & luminare minus, ut præeſſet nocti ; & ſtellas. Et poſuit eas in firmamento cœli; ut lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & manè, dies quartus. Dixit etiam Deus : Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli. Creavitque Deus cete grãdia & omnem animam viventem atque motabilẽ, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Benedixitque

eis, dicens : Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris ; avesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere & manè, dies quintus. Dixit quoque Deus : producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, & reptilia, & bestias terræ secundùm species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terræ juxta species suas, & jumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quòd esset bonum, & ait : Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, universæque terræ, omnique reptili quod movetur in terra. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam : ad imaginem Dei creavit illum ; masculum & feminam creavit eos. Benedixitque illis Deus,

tiques que sauvages, & des reptiles, selon leurs espéces. Et cela fut fait ainsi. Et Dieu créa les bêtes de la terre, & les reptiles de toutes sortes, chacun selon leurs différentes espéces. Et Dieu vit que cela étoit bon. Puis il dit : Faisons l'homme à notre image & à notre ressemblance, & que son pouvoir s'étende sur les poissons de la mer, sur les oiseaux de l'air sur les animaux, sur toute la terre ; & sur tous les reptiles qu'elle contient. Et Dieu créa l'homme à son image : il le créa à l'image de Dieu. Il en créa l'un mâle, & l'autre femelle, & Dieu leur donna sa bénédiction, il leur dit : Croissez & multipliez, & remplissez la terre, & dominez sur elle. Exercez votre pouvoir sur les poissons de la mer, sur les oiseaux de l'air : & sur toutes sortes d'animaux qui ont mouvement sur la terre. Et Dieu dit : Voilà que je vous ai donné toutes sortes d'herbes qui portent graine sur la terre & toutes sortes d'herbes qui portent par eux-mêmes la semence de leur espéce, afin qu'ils vous servent de nour-

riture, & à tous les animaux de la terre, & à tous les oiſeaux de l'air, & généralement à tout ce qui a vie ſur la terre, afin qu'ils ayent de quoi ſe nourrir. Et cela fut fait ainſi. Et Dieu vit que toutes les choſes qu'il avoit faites, étoient très-bonnes. Et il y eut un ſoir & un matin, qui formerent le ſixiéme jour. Ainſi donc les cieux & la terre furent, avec toute la beauté qu'ils ont en eux. Et Dieu acheva ſon ouvrage au ſeptiéme jour : & il ſe repoſa en ce même jour, après avoir achevé tout ſon ouvrage.

& ait : Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubjicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus quæ moventur ſuper terram. Dixitque Deus : Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & univerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementē generis ſui, ut ſint vobis in eſcam, & cunctis animātibus terræ, omnique volucri cœli, & univerſis quæ moventur in terra, & in quibus eſt anima vivens ; ut habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditque Deus cuncta quæ fecerat ; & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & manè, dies ſextus. Igitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. Complevitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, & requievit die ſeptimo ab univerſo opere quod patrarat.

Prions.

Fléchiſſons les genoux.

Levez-vous.

O Dieu, qui avez créé l'homme par une grande merveille, & qui l'avez racheté par une autre merveille, plus grande que la

Oremus.

Flectamus genua.

Levate.

Deus, qui mirabiliter creaſti hominem, & mirabilius redemiſti : da nobis, quæſumus, con-

ra oblectamēta peccati, mentis ratione persistere : ut mereamur ad æterna gaudia pervenire. Per Dominum, &c.

premiere, faites-nous la grace, s'il vous plaît, de fortifier tellement notre raison & notre esprit, que nous résistions aux attraits du péché, pour pouvoir jouir un jour du bonheur éternel. Par.

Seconde Prophétie.

IN diebus illis:(ad venerat)(*à Rome*, factum est in) vigilia matutina : & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per colūnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum ; & subvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii : Fugiamus Israëlem ; Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moysen: Extende manum tuā super mare, ut revertantur aquæ ad Ægyptios super currus & equites eorum. Cùmque extendisset Moyses manum contra mare, reversum est primo diluculo ad priorem locum ; fugientibusque Ægyp-

EN ces jours-là, il arriva que sur la fin de la nuit, le Seigneur regardant sur le champ des Egyptiens au travers d'une colonne de feu & de nuée, défit leur armée, renversa les roues de leurs chariots, & les précipita dans le fond de la mer. Alors les Egyptiens dirent : Fuyons de devant les enfans d'Israël, parce que le Seigneur combat pour eux contre nous. Mais le Seigneur dit à Moyse : Etendez votre main sur la mer, afin que les eaux retournent sur les Egyptiens, & sur les chariots & leurs cavaliers. Moyse ayant étendu la main sur la mer, les eaux retournerent dès le point du jour en leur premiere place. Et les Egyptiens s'enfuyant, les eaux leur fermerent le passage & le Seigneur les enveloppa au milieu des flots : de maniere que les eaux ainsi re-

misses en leur premier état, envelopperent les chariots, les cavaliers & toutes les troupes de Pharaon, qui étoient entrés dans la mer, afin de poursuivre le peuple d'Israël, tellement qu'il ne s'en sauva aucun. Quant aux enfans d'Israël, ils avoient passé la mer à pied sec, & les eaux leur avoient servi de muraille à droite & à gauche. Et en ce jour-là le Seigneur délivra les Israëlites des mains des Egyptiens, qu'ils virent étendus morts sur le rivage de la mer, admirant la juste punition que Dieu avoit exercée sur eux. Et depuis ce tems-là, tout le peuple eut beaucoup de respect pour le Seigneur, & il crut en lui, & en son serviteur Moyse. Alors Moyse & les enfans d'Israël chanterent ce cantique à la gloire de Dieu.

tiis occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in mediis fluctibus. Reversæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis; qui sequentes ingressi fuerant mare; nec unus quidem superfuit ex eis. Filii autem Israël perrexerunt per medium sicci maris; & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris. Liberavitque Dominus in die illa Israël de manu Ægyptiorum. Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manū magnā quā exercuerat Dominus contra eos; timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi servo ejus. Tunc cecinit Moyses, & filii Israël carmen hoc Domino, & dixerunt:

TRAIT.

CHantons un cantique au Seigneur, qui a fait éclater sa toute-puissance, en précipitant dans la mer le cheval & le cavalier; il s'est déclaré mon défen-

CAntemus Domino; gloriosè enim honorificatus est: equum & ascensorem projecit in mare: adjutor & protector fa-

ctus est mihi in salutem. ℣. Hic est Deus meus, & honorificabo eum: Deus patris mei, & exultabo eum.

℣. Dominus conterens bella: Dominus nomen est illi.

Oremus.

Flectamus genua.

Levate.

DEus cujus antiqua miracula etiam nostris sæculis coruscare sentimus; dum quod uni populo à persecutione Ægyptiaca liberando, dexteræ tuæ potentiâ contulisti, id in salutem Gentium per aquam regenerationis operaris, præsta, ut in Abrahæ filios & in Israëliticam dignitatem, totius mundi transeat plenitudo. Per Dominum, &c.

seur, & m'a sauvé. ℣. Il est mon Dieu, & je lui rendrai tout l'honneur dont je suis capable; il est le Dieu de mon pere; & je le glorifierai.

℣. Il est le Dieu qui dissipe les guerres: le Seigneur est son nom.

Prions.

Fléchissons les genoux.

Levez-vous.

O Dieu, qui nous faites admirer en nos jours la grandeur des merveilles que vous avez opérées dans les siécles passés: pendant que vous mettez en usage pour le salut des nations par l'eau de la régénération, ce que vous avez fait pour délivrer votre peuple de la persécution des Egyptiens. Faites que toutes les nations de la terre deviennent enfans d'Abraham, & participent à la dignité du peuple d'Israël. Par Jesus-Christ Notre-Seigneur, &c.

Troisiéme Prophétie.

APprehẽdent septẽ mulieres virum unum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantum-

ALors sept femmes prendront un seul homme, & lui diront: Nous mangerons notre pain, & nous nous couvrirons de nos habits: agréez seulement que nous portions votre nom,

pour détourner l'opprobre & le mépris que nous ſouffrons : En ce jour là le rejetton du Seigneur fera voir avec pompe & éclat la grandeur de ſa gloire : la terre produira des fruits excellens : & ceux d'entre le peuple d'Iſraël qui ſeront échapés des malheurs de leur Nation, ſeront comblés de joye ; tous ceux qui ſeront reſtés en Sion & en Jeruſalem, ſeront appellés Saints: & leurs noms ſeront écrits en Jeruſalem dans le livre de vie. Quand le Seigneur aura lavé les taches des filles de Sion : & qu'en eſprit de jugement & de charité ardente, il aura purifié Jeruſalem du ſang qui a été répandu. Et le Seigneur formera ſur toute l'étendue de la montagne de Sion, où il a été invoqué, une nuée durant le jour, & un feu brillant durant la nuit. Sa protection s'étendra ſur tous ceux qu'il aura glorifiés : elle leur ſervira de pavillon pour les couvrir contre les ardeurs du ſoleil durant le jour : & pour les défendre contre l'orage & la pluye.

modo invocetur nomen tuum ſuper nos; auferopprobrium noſtrum. In die illà erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ ſublimis; & exultatio his qui ſalvati fuerint de Iſraël. Et erit : Omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Jeruſalem, Sanctus vocabitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Jeruſalem. Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Jeruſalem laverit de medio ejus in ſpiritu judicii, & ſpiritu ardoris. Et creavit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & ubi invocatus eſt, nubem per diem, & fumum & ſplendorem ignis flammantis in nocte : ſuper omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æſtu ; & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine,

& à pluvia.

TRAIT.

VInea facta est dilecto in cornu, in loco uberi. ℣. Et macerium circumdedit, & circumfodit, & plantavit vineam Sorec, & ædificavit turrim in medio ejus. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim Domini sabaoth domus Israël est.

LA vigne de mon bien-aimé est située sur une colline & dans un lieu fertile. Il l'a environnée de hayes & de fossés : il a mis un plan excellent : & il a bâti une tour au milieu. ℣ Il a fait un pressoir : or la maison d'Israël est la vigne du Seigneur des armées.

Oremus.

Flectamus genua.

Levate.

Prions.

Fléchissons les genoux.

Levez-vous.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per unicum Filium tuum Ecclesiæ tuæ demonstrasti te esse cultorem; omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo, qui vera vitis est, afferentem, clementer excolens, ut fructus afferat ampliores; fidelibus tuis, quos velut vineam ex Ægypto per fontem baptismi trãstuliſti, fac nullæ peccatorũ spinæ prævaleant; ut Spiritûs

O Dieu tout-puissant, Dieu éternel, qui nous avez montré dans votre cher Fils unique que vous êtes vous-même le vigneron de votre vigne, & que cultivant votre Eglise, vous n'en retranchez des rejettons, que pour en faire repousser de plus abondans en Jesus-Christ qui est la véritable vigne; faites que les épines du péché ne fassent aucun tort à vos fidéles, lesquels de la terre d'Egypte, vous avez fait passer par le Baptême, pour les cultiver comme une vigne chérie, afin que munis de l'assistan-

ce de votre Saint-Esprit, ils portent des fruits abondans pour l'éternité. Par le même Jesus-Christ Notre-Seigneur, &c.

tui sanctificatione muniti, perpetuâ fruge ditentur. Per eumdem Dominum, &c.

Quatriéme Prophétie.

Commencement pour Rome.

VOici l'héritage des serviteurs de Dieu, & leur justice est entre mes mains, dit le Seigneur.

HÆc est hæreditas servorũ Domini, & justitia eorum apud me, dicit Dominus.

Commencement pour Paris.

VOus tous qui êtes alterés, approchez-vous des eaux : vous qui manquez des biens, venez en diligence, achetez & mangez. Venez & achetez le vin & le lait, sans argent & sans aucun échange. Pourquoi donnez-vous votre argent pour autre chose que pour du pain ? Et pourquoi travaillez-vous à autre fin que pour vous rassasier ? Ecoutez, venez à moi, soyez attentifs, & votre ame vivra. Je ferai avec vous une alliance éternelle, selon les promesses véritables que j'ai faites à David. Je l'ai établi pour être témoins aux peuples, & pour être le chef & le maître des Nations. Vous appellerez un peuple que vous ne connois-

OMnes sitientes, venite ad aquas; & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite absque argento & absque ulla commutatione, vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram & venite ad me, audite & vivet anima vestra & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David

fideles, Ecce teſtem populis dedi eum : ducem ac præceptorem Gentibus. Ecce gentem quam neſciebas, vocabis; & gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, & ſanctum Iſraël, quia glorificavit te. Quærite Dominum dum inveniri poteſt; invocate eum, cum prope eſt ; derelinquat impius viam ſuam & vir iniquus cogitationes ſuas, & revertatur ad Dominum, & miſerebitur ejus, & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ; neque viæ veſtræ, viæ meæ dicit Dominus. Quia ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcendit imber & nix ſez point, & les Nations qui vous ignoroient coureront après vous pour l'amour du Seigneur votre Dieu, & du Saint d'Iſraël qui vous a glorifié. Cherchez le Seigneur pendant qu'on peut le trouver, invoquez-le pendant qu'il eſt proche. Que le méchant quitte ſa mauvaiſe vie, & l'injuſte ſes penſées criminelles, & qu'il ſe convertiſſe, & le Seigneur lui fera miſéricorde : qu'il retourne à notre Dieu, & il aura pitié de lui, parce qu'il eſt tout rempli de bonté pour pardonner. Car mes penſées ne ſont pas les vôtres, & vos voyes ne ſont pas les miennes, dit le Seigneur. Le Ciel n'eſt point plus élevé au-deſſus de la terre, que mes penſées & mes voyes le ſont au-deſſus des vôtres : & comme la pluye & les neiges tombent du ciel, & n'y retournent point, mais qu'elles humectent & abreuvent la terre, & font germer enſuite le grain dont on fait la récolte, & duquel on fait le pain pour ſe nourrir : de même la parole qui ſortira de ma bouche, ne re-

tournera point inutilement à moi, mais elle produira l'effet que je veux, & elle accomplira toutes les choſes pour leſquelles je l'ai envoyée, *à Rome on ajoute*, dit le Seigneur tout-puiſſant.

de cœlo, & illuc ultra non revertitur ſed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti; ſic erit verbum meũ, quod egredietur de ore meo; non revertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcumque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud, *à Rome on ajoute*, dicit Dominus omnipotens.

Prions.

O Dieu, qui augmentez toujours votre Egliſe par la vocation des Gentils, que vous tirez des ténébres de l'erreur, accordez nous, nous vous en ſupplions humblement, Seigneur, que ceux que vous avez purifiés par les eaux ſalutaires du Baptême ſoient toujours ſous votre ſainte protection. Par.

Oremus.

Deus, qui Eccleſiam tuam ſemper gentium vocatione multiplicas: concede propitius, ut quos aquâ baptiſmatis abluis, continuâ protectione tuearis; Per Dominum.

Où il n'y a point de Fonts Baptiſmaux on obmet ce qui ſuit, juſqu'aux Litanies.

TRAIT.

Comme le cerf ſoupire avec ardeur après les ſources des eaux: de même mon ame ſoupire après vous, ô mon Dieu. ℣. Mon ame a une ſoif ardente de jouir du Dieu vivant: quand irai-je paroître devant la face de mon Dieu?

Sicut cervus deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. ℣. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: quando veniam, & apparebo ante faciẽ Dei?

℣. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicetur mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus? ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, respice propitius ad devotionẽ populi renascentis, qui sicut cervus aquarum tuarum expetit fontem: & concede, ut fidei ipsius sitis baptismatis mysterio animam corpusque sanctificet. Per Dominum, &c.

℣. Mes larmes sont devenues mon pain durant le jour & durant la nuit, pendant qu'on me dit chaque jour: Où est votre Dieu? ℣. Le Seigneur soit avec vous. ℟. Et avec votre esprit.

Prions.

DIeu tout-puissant & éternel, jettez vos regards favorables sur la dévotion de votre peuple renaissant, qui comme un cerf, soupire après les eaux de votre fontaine: & accordez-nous par votre bonté, que la foi qui l'altere, sanctifie son corps & son ame par le Sacrement de Baptême. Par, &c.

Ensuite, les Choristes chantent les Litanies suivantes.

KYrie, eleison.
Christe, audi nos.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Qui es trinus & unus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora pro nobis.
Sancte Gabriel, ora.
Omnes sancti Prin-

SEigneur, ayez pitié de nous.
Jesus, écoutez-nous.
Esprit Saint, qui êtes Dieu, ayez pitié de nous.
Trinité sainte, qui êtes un seul Dieu, ayez pitié de nous.
Sainte Marie, priez pour nous.
Sainte mere de Dieu, priez pour nous.
Saint Gabriel, priez.
Principautés & Puissances

célestes, priez toutes pour nous.
cipatus & Potestates, orate pro nobis.

Saint André, priez.
Sancte Andræa, ora.

Saint Matthieu, priez.
Sancte Matthæe, ora.

Saint Jacques, priez.
Sancte Jacobe, ora.

Saint Thomas, priez
Sancte Thoma, ora.

Saints Disciples du Seigneur, priez tous pour nous.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.

Saint Christophe, priez pour nous.
Sancte Christophore, ora pro nobis.

Saint Lucain, priez.
Sancte Lucane, ora.

Saint Justin, priez.
Sancte Justine, ora.

Saints Martyrs, priez tous pour nous.
Omnes sancti Martyres, orate pro no.

Saint Gendulfe, priez.
Sancte Gendulphe, or.

L'on part pour aller aux Fonts, & l'on poursuit toûjours les Litanies.

Saint Germain, priez.
Sancte Germane, ora.

Saint Julien, priez.
Sancte Juliane, ora.

Saints Confesseurs, priez tous pour nous.
Omnes sancti Confessores, orate pro nobis.

Sainte Agathe, priez.
Sancta Agatha, ora.

Sainte Luce, priez.
Sancta Lucia, ora.

Sainte Geneviéve, priez.
Sancta Genovefa, ora.

Saintes Vierges, priez toutes pour nous.
Omnes sanctæ Virgines, orate pro nob.

Saints & Saintes de Dieu, priez tous pour nous.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, orate.

Soyez-nous propice : exaucez-nous, Seigneur.
Propitius esto, exaudi nos, Domine.

Délivrez-nous, Seigneur. des embûches du démon.
Ab insidiis diaboli, libera nos, Domine.

Délivrez-nous, Seigneur, par votre passion & votre
Per passionem & crucem tuam, libera

nos, Domine.
croix.

Peccatores, te rogamus, audi nos.
Tous pécheurs que nous ſommes ; exaucez-nous, nous vous en ſup, lions.

Ut remiſſionem omnium peccatorum noſtrorũ nobis dones, te rogamus.
Accordez-nous [illegible] émiſſion de tous nos pec[illegible]es; exaucez-nous, nous vous en ſupplions.

Ut Cathecumenos noſtros fonte ſacri Baptiſmatis purificare digneris, te rogamus.
Daignez purifier les Catéchumenes par les eaux du ſaint Baptême ; exaucez-nous, nous vous en ſupplions.

Le Célébrant & le Chœur répétent chacun deux fois le verſet précédent, & enſuite l'on continue :

Ut nobis miſeris miſericors miſereri digneris, te rogamus.
O Dieu, plein de bonté daignez avoir quelque pitié de nous qui ſommes remplis de miſére ; exaucez-nous, nous vous en ſupplions.

Fili Dei, te rogamus.
Fils de Dieu, exaucez-nous, nous vous en ſupplions.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.
Agneau de Dieu, qui effacez les péchés du monde, pardonnez-nous, Seigneur.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.
Agneau de Dieu, qui effacez les péchés du monde, exaucez-nous, Seigneur.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.
Agneau de Dieu, qui effacez les péchés du monde, donnez-nous la paix.

BENEDICTION DES FONTS.

Le Prêtre étant aux Fonts & tourné vers le Septentrion, dit d'une voix médiocre :

℣. Le Seigneur soit avec vous. ℟. Et avec votre esprit.

Prions.

Dieu tout-puissant & éternel, favorisez de votre présence ces mystéres & ces Sacremens de votre infinie bonté ; & répandez l'esprit de votre adoption pour régénérer ces nouveaux peuples à qui les fonts baptismaux sont prêts de donner la vie ; afin que ce qui se doit faire par notre ministére, quoiqu'indigne, s'accomplisse par un effet de votre puissance. Par Jesus-Christ Notre-Seigneur, qui étant Dieu, vit & regne avec vous en l'unité du Saint-Esprit.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnæ pietatis tuæ mysteriis adesto Sacramentis ; & ad creandos novos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, Spiritum adoptionis emitte ; ut quod nostræ humilitatis gerendum est ministerio virtutis tuæ impleatur effectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus.

Le Célébrant au ton de la Préface dit :

Par tous les siécles des siécles. ℟. Ainsi soit-il. ℣. Le Seigneur soit avec vous. ℟. Et avec votre esprit. ℣. Levez vos cœurs en haut. ℟. Nous les avons

Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habe-

mus ad Dominum. ℣. Gratias agamus Domino Deo noſtro. ℟. Dignum & juſtum eſt.

VEre dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere, Domine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus. Qui inviſibili potentiâ, ſacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum. Et licèt nos tantis myſteriis exequēdis ſimus indigni: tu tamen gratiæ tuæ dona non deſerens, etiam ad noſtras preces, aures tuæ pietatis inclinas. Deus cujus Spiritus ſuper aquas inter ipſa mundi primordia ferebatur: ut jam tunc virtutem ſanctificationis, aquarum natura conciperet Deus qui nocentis mundi crimina per aquas abluens, regenerationis ſpeciem in ipſa diluvii effuſione ſignaſti, ut unius ejuſ-

vers le Seigneur. ℣. Rendons graces à Dieu Notre-Seigneur. ℟. Nous le devons, & il eſt juſte.

NOus le devons véritablement, & il eſt juſte, il eſt équitable & ſalutaire, Seigneur, Pere Saint, & Tout-puiſſant, Dieu de toute éternité, que nous vous rendions graces en tout tems & en tout lieu, de ce que vous produiſez l'effet de vos Sacremens par une puiſſance inviſible, & d'une maniere admirable; & encore que nous ne ſoyons pas dignes d'être les Miniſtres de ces myſtéres ſi relevés, comme néanmoins vous n'abandonnez point les dons de votre grace, vous avez auſſi la bonté d'écouter favorablement nos prieres. Dieu dont l'eſprit au commencement du monde étoit porté ſur les eaux, afin que dès-lors leur nature conçut la vertu de ſanctification. Dieu qui en lavant dans les eaux les péchés du monde criminel, donnâtes des marques d'une régénération figurée par le débordement des eaux du déluge, afin

que le myſtére d'un ſeul & même élément fût la ruine des vices & la ſource des vertus. Jettez les yeux, Seigneur, ſur la face de votre Egliſe, multipliez en elle vos régénérations : vous qui par le cours de vos graces, comblez de joye votre ſainte cité, & qui ouvrez les fonts baptiſmaux pour renouveller toutes les Nations de la terre : afin que ſous l'empire de votre Majeſté, elle reçoive la grace de votre Fils unique, par la vertu du Saint-Eſprit.

dēque elementi myſterio & finis eſſet vitiis, & origo virtutibus. Reſpice, Domine, in faciem Eccleſiæ tuæ, & multiplica in ea regenerationes tuas, qui gratiæ tuæ affluentis impetu lætificas civitatem tuam, fontemque baptiſmatis aperis toto orbe terrarum gentibus innovandis, ut tuæ majeſtatis imperio ſumat Unigeniti tui gratiam de Spiritu ſancto.

Le Prêtre diviſe de ſa main l'eau en forme de croix, & s'étant eſſuyé, il continue :

NOus le prions que par un mélange ſecret de ſa grace divine, il rende féconde cette eau qui eſt préparée pour la régénération des hommes, afin que les enfans qui ſeront conçus & ſanctifiés dans le ſein pur des eaux divines, deviennent de nouvelles créatures par une naiſſance céleſte, & que la grace qui avec elle en eſt la mere, leur donne une vie nouvelle dans une même enfance, ſans différence d'âge ni de ſexe,

QUi hanc aquā regenerandis hominibus præparatam, arcana ſui numinis admixtione fœcundet; ut ſanctificatione conceptâ, ab immaculato divini fontis utero in novam renata creaturā, progenies cœleſtis emergat. Et quos aut ſexus in corpore, aut ætas diſcernit in tēpore omnes in unam pariat gratia mater

infantiam. Procul ergo hinc, jubente te, Domine, omnis spiritus immundus abscedat : procul totâ nequitiâ diabolicæ fraudis absistat. Nihil hic loci habeat contrariæ virtutis admixtio ; non insidiando circumvolet, non latento subrepat; non inficiendo corrumpat.

qui les distingue selon le corps & selon le tems. C'est pourquoi, Seigneur, éloignez d'ici tout esprit immonde : chassez-en toute la malice & la tromperie des démons ; que nulle puissance ennemie ne s'y glisse pour leur dresser des piéges, afin de les surprendre par de secrets artifices, ou de les corrompre par leur infection.

Il touche ici l'eau avec la main.

Sit hæc sancta & innocens creatura libera ab omni impugnatoris incursu & totius nequitiæ purgata discessu. Sit fons vivus, aqua regenerans, unda purificans: ut omnes hoc lavacro salutifero diluēdi, operante in eis Spiritu sancto perfectæ purgationis indulgentiā consequantur.

Faites, Seigneur, que cette sainte & innocente créature soit exempte de toutes les entreprises de l'ennemi ; & que toute malice en étant éloignée, elle soit conservée dans sa pureté ; qu'elle soit une source de vie & une eāu de purification : afin que tous ceux qui seront lavés dans ce bain salutaire, obtiennent la grace d'être parfaitement purifiés par la vertu du Saint-Esprit.

Le Prêtre fait trois fois le signe de la croix sur les Fonts.

Unde benedico te, creatura aquæ, per Deum vivum, per Deum verum, per Deum san-

C'Est pourquoi je vous bénis, créature d'eau, par le Dieu vivant, par le vrai Dieu, par le Dieu saint, par le Dieu, qui au-

commencement du monde vous a séparée d'avec la terre par sa parole, & dont l'esprit étoit porté sur vous.

ctum, per Deum qui te in principio verbo separavit ab arida, cujus Spiritus super te ferebatur.

(*A Rome, ici il divise l'eau avec la main, & en jette vers les quatre parties du monde.*)

PAr le Dieu qui vous fit couler de la source du Paradis, & vous commanda de vous diviser en quatre fleuves pour arroser toute la terre.

QUi te de Paradiso manare fecit & in quatuor fluminibus totam terram rigare præcepit.

A Paris, ici il divise l'eau avec la main, & il en jette vers les quatre parties du monde.

QUi dans le désert vous rendit bonne à boire, après vous avoir ôté votre amertume; qui vous fit sortir d'une roche pour étancher la soif de son peuple alteré. Je vous bénis aussi par Notre-Seigneur Jesus-Christ son Fils unique, qui par un insigne miracle de sa toute-puissance, vous changea en vin à Cana, Ville de Galilée; qui marcha sur vous à pied sec, & qui fut baptisé en vous par saint Jean dans le fleuve du Jourdain; qui vous fit couler de son côté avec son sang; & qui commanda à ses Disciples de baptiser en vous ceux qui croiroient en lui, en leur disant: Allez,

QUi te in deserto amaram, suavitate inditâ, fecit esse potabilem, & sitienti populo de petra produxit. Benedico te, & per Jesum Christum filium ejus unicum Dominum nostrum, qui te in Cana Galilææ signo admirabili, suâ potentiâ convertit in vinum. Qui pedibus super te ambulavit: & à Joanne in Jordane in te baptisatus est. Qui te unà cum sanguine de latere suo produxit; & Discipulis suis jussit ut credentes baptizaren-

tur in te, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti.

enſeignez toutes les Nations, & les baptiſez au nom du Pere, & du Fils, & du Saint-Eſprit.

Le Prêtre continue d'un ton plus bas, après avoir ſoufflé trois fois ſur l'eau en forme de croix.

HÆc nobis præcepta ſervantibus, tu Deus omnipotens, clemens adeſto; tu benignus aſpira.

DIeu tout-puiſſant : aſſiſtez-nous par votre bonté : afin que nous accompliſſions ces commandemens que vous nous avez faits ; faites-nous la grace de nous envoyer le ſouffle de votre Saint-Eſprit.

(*A Rome, il ſouffle trois fois ſur l'eau en forme de croix, & ajoûte :*)

TU has ſimplices aquas tuo ore benedicito, ut præter naturalem emundationem, quam lavandis poſſunt adhibere corporibus ſint etiam purificandis mentibus efficaces.

BEniſſez de votre bouche ces ſimples eaux, afin qu'outre leur proprieté naturelle de nettoyer les corps, elles reçoivent encore la vertu ſurnaturelle de purifier les ames.

Le Prêtre met dans l'eau le bout du cierge Paſchal, puis il reprend le ton de la Préface.

DEſcẽdat in hanc plenitudinẽ fontis virtus Spiritûs ſancti.

QUe la vertu du Saint-Eſprit deſcende ſur toute cette eau.

Retirant le cierge de l'eau, il le replonge encore davantage, & dit d'un ton de voix plus élevé.

Que la vertu du Saint-Esprit descende sur cette eau.

Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus Spiritûs sancti.

Le retirant encore, il le plonge jusqu'au fond, où il le repose, & répéte d'un ton encore plus élevé.

Que la vertu du Saint-Esprit descende sur cette eau.

Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus Spiritûs sancti.

(*A Rome, il souffle encore trois fois sur l'eau*) *& poursuit.*

ET que cette même vertu rende toute la substance de cette eau féconde & capable de régénérer.

TOtamque hujus aquæ substantiam, regenerandi fœcundet effectu.

Le cierge étant ôté de l'eau, le Prêtre continue :

QUe toutes les taches des péchés soient ici effacées ; que la nature humaine, qui a été créée à votre image, étant ici rétablie dans la dignité de son Auteur, soit purifiée de toutes les souillures du vieil homme, afin que tous ceux qui entreront dans ce Sacrement de régénération, rénaissent dans la véritable innocence d'une nouvelle enfance.

HIc omnium peccatorum maculæ deleantur : hic natura ad imaginem tuam condita, & ad honorem sui reformata principii cunctis vetustatis squaloribus emundetur : ut omnis homo sacramentum hoc regenerationis ingressus, in veræ innocentiæ novam infantiam renascatur.

(*à Rome, on dit ce qui suit sans chanter.*)

Par Notre-Seigneur Jesus-Christ votre Fils, qui vien-

Per Dominum nostrum Jesum Chris-

tum Filium tuum ; qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

dra juger les vivans & les morts, & le siécle par le feu.

Ainsi soit-il.

Alors le Prêtre fait dégoûter trois fois en forme de croix de la cire du cierge Paschal dans les Fonts, en disant :

Sanctificetur, & fœcundetur fons iste, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Amen.

Que ces Fonts deviennent sanctifiés & féconds, au nom du Pere, & du Fils, & du Saint-Esprit.

Ainsi soit-il.

Après cela on ôte des Fonts les goûtes de cire, & on retire aussi des Fonts l'eau nécessaire pour l'aspersion du peuple, & pour être emportée aux maisons ; & ensuite le Prêtre jette dans l'eau réservée pour les Baptêmes de l'huile des Catéchumenes, par trois fois en forme de croix, en disant :

Conjunctio olei unctionis, & aquæ baptismatis, fiat in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. ℟. Amen.

Que l'union de l'huile d'onction & de l'eau du Baptême se fasse au nom du Pere & du Fils & du Saint-Esprit. ℟. Ainsi soit-il.

Et ensuite il jette dans la même eau du Chrême par trois fois en forme de croix, en disant :

Conjunctio Chrismatis sanctificationis, & olei unctionis, & aquæ baptismatis, fiat in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti.

℟. Amen.

Que l'union du saint Chrême de sanctification, de l'huile d'onction, & de l'eau du Baptême se fasse, au nom du Pere, & du Fils, & du Saint-Esprit.

℟. Ainsi soit-il.

Alors s'il y a quelque Catéchumene, ou quelqu'enfant à Baptiſer, on les baptiſera à la maniere ordinaire. Enſuite les deux Choriſtes chantent les Litanies ſuivantes.

SEigneur, ayez pitié de nous.	KYrie, eleiſon.
Jeſus, exaucez-nous.	Chriſte, audi nos.
Trinité ſainte qui êtes un ſeul Dieu, ayez pitié de nous.	Sancta Trinitas unus Deus, miſerere nobis.
O Dieu, qui êtes le Saint des Saints, ayez pitié de nous.	Sancte Sanctorum Deus, miſerere nob.
Sainte Vierge des Vierges, priez pour nous.	Sancta Virgo Virginum, ora pro nobis.
Saint Raphaël, priez.	Sancte Raphael, ora.
Vertus céleſtes, priez toutes pour nous.	Omnes ſanctæ Virtutes cœlorum, orate pro nobis.
Saint Jean l'Evangeliſte, priez pour nous.	Sancte Joannes Evangeliſta, ora.

Alors la Proceſſion s'en retourne au Chœur.

Saint Barthélemi, priez pour nous.	Sancte Bartholomæe, ora.
Saints Apôtres, priez tous pour nous.	Omnes ſancti Apoſtoli, orate.
Saints Innocens, priez tous pour nous.	Omnes ſancti innocentes, orate.
Saint Laurent, priez.	Sancte Laurenti, ora.
Saint Vincent, priez.	Sancte Vincenti, ora.
Saints Martyrs, priez tous pour nous.	Omnes ſancti Martyres, orate.
Saint Martin, priez.	Sancte Martine, ora.
Saint Nicolas, priez.	Sancte Nicolae, ora.
Saints Confeſſeurs, priez. tous pour nous.	Omnes ſancti Confeſſores, orate.
Sainte Cécile, priez.	Sancta Cæcilia, ora.
Sainte Geneviéve, priez.	Sancta Genoveſa, ora.

Omnes ſanctæ Virgines, orate.
Saintes Vierges, priez toutes pour nous.

Omnes ſancti, orate.
Tous les Saints, priez tous.

Propitius eſto, parce nobis, Domine.
Soyez-nous propice, pardonnez-nous, Seigneur.

Per ſepulcrum tuum, libera nos, Domine.
Délivrez-nous, Seigneur, par votre ſépulchre.

Per ſanctam Reſurrectionem tuam, libera nos, Dñe.
Délivrez-nous, Seigneur, par votre ſainte Réſurrection.

In die judicii, libera nos, Domine.
Délivrez-nous, Seigneur, au jour du jugement.

Peccatores, te rogamus, audi nos.
Tout pécheurs que nous ſommes, exaucez-nous; Seigneur, nous vous en ſupplions.

Ut fidem, ſpem, & charitatē nobis dones, te rogamus, audi nos.
Nous vous ſupplions de nous donner la foi, l'eſpérance & la charité; exaucez-nous, Seigneur.

Ut fructus terræ dare & conſervare digneris, te rogamus.
Nous vous ſupplions de donner des fruits à la terre & de les conſerver; exaucez-nous.

Ut cunctum populū Chriſtianum pretioſo ſanguine tuo redemptum conſervare digneris, te rogamus.
Nous vous ſupplions de conſerver tout le peuple Chrétien, que vous avez racheté au prix de votre précieux ſang; exaucez-nous, Seigneur.

Ut nos exaudire digneris, te rogamus.
Nous vous ſupplions de daigner nous exaucer.

Ut ad gaudia æterna nos perducere digneris, te rogamus.
Nous vous ſupplions de daigner nous conduire au bonheur éternel; exaucez-nous, Seigneur.

Fils de Dieu, nous vous en supplions.
Fili Dei, te rogamus.

Agneau de Dieu, qui effacez les péchés du monde, pardonnez-nous, Seigneur.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.

Agneau de Dieu, qui effacez les péchés du monde, pardonnez-nous, Seigneur.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.

Agneau de Dieu, qui effacez les péchés du monde, donnez-nous la paix.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

Alors on allume les cierges, & on finit les Litanies par le Kyrie eleison *de la Messe*, p. 36.

Dans le même tems le Prêtre commence la Messe au bas de l'Autel à l'ordinaire, sans Gloria Patri, *au Ps.* Judica; *& ensuite étant monté à l'Autel, & ayant dit les* Kyrie eleison, *il entonne :*

Gloria in excelsis Deo, &c. *p.* 287.

Alors on sonne les cloches.

℟. Le Seigneur soit avec vous. ℟. Et avec votre esprit.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Prions.

O Dieu, qui rendez cette sacrée nuit illustre & solemnelle par la gloire de la résurrection de notre Seigneur, conservez dans les nouveaux enfans de votre Eglise, l'esprit d'adoption que vous leur avez donné, afin qu'étant renouvellés de corps & d'esprit,

Oremus.

Deus, qui hanc sacratissimâ noctem gloriâ Dominicæ Resurrectionis illustras, conserva in novâ familiæ tuæ progenie adoptionis spiritum, quem dedisti: ut corpore & mente renovati purâ

tibi exhibeant servitutem. Per eumdem Dominum, &c.

ils vous servent avec pureté de cœur. Par le même Jesus-Christ, &c.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

Lecture de l'Epître de l'Apôtre saint Paul aux Colossiens.

FRatres : si consurrexistis cum Christo ; quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens : quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrā. Mortui enim estis ; & vita vestra est abscodita cum Christo in Deo. Cùm Christus apparuerit vita vestra : tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.

MEs freres : si vous êtes ressuscités avec Jesus-Christ, cherchez ce qui est dans le Ciel, où Jesus-Christ est assis à la droite de Dieu : n'ayez d'affection que pour les choses du Ciel, & non pour celle de la terre. Car vous êtes morts, & votre vie est cachée en Dieu avec Jesus-Christ : lorsque Jesus-Christ qui est votre vie viendra à paroître, vous paroîtrez aussi avec lui dans la gloire.

Alleluia, alleluia. ℣. Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in sæculum misericordia ejus. Alleluia.

Louez Dieu, louez Dieu. ℣. Louez le Seigneur, parce qu'il est bon, parce que sa miséricorde est éternelle.

TRAIT.

LAudate Dominum, omnes gentes, & collaudate eum omnes populi.

NAtions, louez toutes le Seigneur : peuples, louez-le tous.

